¶ Item notandū ꝙ in fine cuiuſlibet collecte dr̄ ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ. qđ multis modis exponit̄. vno mō ꝯſequutiue vt ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ. id ē ꝑ oēs generatōes nunc et in futuro. qꝛ filius dei ſemꝑ regnat cum patre ſuo in qualibet generatōne. Alio mō ſic exponitur. ꝑ oīa ſecula ſeculorū ꝙ fiat ibi anthonomaſia. id eſt excellentia vt dicimus cantica canticorꝫ ſecula ſeculoꝝ. Tercio mō exponit̄ ꝑ oīa ⁊c̄. i. ſicut filius regnat ab eter- no cū patre. ſic adhuc regnat ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ. id eſt ineternū et vltra Et tunc chorus reſpondet Amē. et hoc vno mō exponit̄ dupl̄r. vno mō ꝓut reſpicit ipam orōem. et tunc eſt ſenſus ſicut vos optatis in orōe pe- tendo ſic etiā opto ꝙ fiat. Alio mō exponit̄ ꝓut reſpicit ꝯcluſionē orōnis et tūc eſt ſignū ꝯfirmatōis. vt amē. i. veꝝ eſt qđ tu dicis. videlicꝫ ꝙ filius in eternū regnat cū patre. ¶ Sed diceres quare hoc addit̄ in collectis Reſpondet̄ ꝙ hoc addit̄ ꝓpter aliq̄s viles hereticos q̄ dicūt ꝙ lucifer q̄ detentus eſt in ꝓfundo inferni adhuc ſit regnaturus. et ꝙ leuari debeat ad aſtra ⁊ regnare in ſecula ſeculoꝝ. mō ꝓpt̄ illā hereſim deſtruēdā addit̄ illa clauſula collectis in q̄bꝫ ꝯcludit̄ ꝙ chriſtus cū patre ſit regnaturꝰ in ſecula ſeculoꝝ Ultimo ē notandū de caſibꝫ. Primus caſus eſt iſte. ſi ſa cerdos infra canonē ꝓpter aliquā magnā debilitatē corꝑis recederet de altari vtꝝ alter ſacerdos pt̄ ꝓ ipo miſſam ꝑficere Reſpondet̄ ꝙ ſi dubiū eſt an talis hoſtia ſit ꝯſecrata a tali ſacerdote an nō et ſi in caſu eēt ꝯſecra ta. tūc ipa debet reſeruari in loco ꝯſecrato ſic ꝙ tūc alter ſacerdos pt̄ inci pere de nouo miſſam ⁊ ꝯficere alterā hoſtiā cū p̄ma ꝓpter dubiū remouē dum ⁊ ratō eſt. qꝛ vnum ſacramentum debet ꝯfici ab vno ſacerdote vel miniſtro et ſic tūc eodē mō dicendū ē de ſanguine chriſti. ¶ Scđs caſus eſt iſte. ſi ſacerdos ꝯficeret corpꝰ xp̄i ⁊ ſi eū inuaderet magna infirmitas ita ꝙ moreret̄ circa altare tunc dubiū eſſet vtꝝ alter ſacerdos poſſet ac- cedere cōplendo ꝑtem miſſe. Ad hoc reſpondent antiq̄ ꝙ nō eſt neceſſe in tali caſu miſſam a p̄ncipio inchoari. Si aūt aliq̄s ſine neceſſitate abſq̄ ꝑiculo mortis nō ꝑficeret miſſam inceptā tunc talis peccat mortaliter et deberet excommunicari. Alij reſpondent ad caſum et melius ꝙ ſi ſacer- dos moreretur poſt ꝯſecratōnem tunc talis hoſtia debet ꝯſeruari in loco

ꝯſecrato ⁊ tunc alter ſacerdos poteſt accedere et incipere miſſam de no-
uo. Ex q̄ ſeq̄tur ꝙ ſi ſacerdos an̄ eleuatōem hoſtie interficeret̄ tūc talis
hoſtia deberet reſeruari in loco ꝯſecrato ⁊ nō deberet alter accedere ad ꝑ-
ficiendū iſtā miſſam. ¶ Tercius caſus. ſi aīal brutū tangeret hoſtiā cō-
ſecratā et comederet ipam. vtrum tale animal comederet verum corpus
chriſti. Reſpondet̄ ſm beatum Innocentiū ꝙ non. quia q̄cito mus
vel aliquod animal brutum comederet tunc amplius deſinit eſſe corpꝰ
chriſti. Ubi nota ꝙ quicūq̧ nō bene cuſtodiret ſacramentum talis deb3
penitere quadraginta diebus Sed quando tale ſacramentum ꝑdiderit
tunc debet penitere vltra vt habetur extra in decretis ¶ Quartꝰ caſus.
ſi ſacerdos leuaret corpus chriſti et veniret colūba vel alia auis ⁊ recipe-
ret corpus chriſti de manibꝫ ſacerdotis. vtꝝ talis auis eſſet excōmunicā-
da Et videtur ꝙ ſic. q2 om̄e cōmittēs ſacrilegiū eſt excōmunicandū S3
illa auis eſt hmōi. ergo ⁊c. Ad hoc reſpondet̄ ꝙ illa auis nō ſit excōmu-
nicanda. ⁊ ratio eſt. q2 ſola animalia rationalia ſunt excōmunicanda. ſed
hec auis nō eſt huiuſmodi. igit̄ ⁊c. ¶ Quintus caſus eſt iſte. vtrum aliq̄
ſunt impedimenta que poſſunt impedire ſacerdotem ne corpꝰ chriſti di-
gne ꝯficeret. Reſpondetur ꝙ duplex eſt impedimentum. nam primum
impedimentum oritur ex pena. Scdm̄ aūt ex culpa. modo pena eſt du-
plex. ſc3 canonica et naturalis. nam pena canonica dicitur excōmunicatō
ſc3 eccleſie ꝓhibitio ⁊ officij ſuſpenſio. ſed pena naturalis illa fundat̄ ſup
defectus naturales ipius corporis. ſicut eſt carentia brachij. et cecitas vi-
ſus. Sed culpa etiam eſt duplex. nam q̄dam eſt culpa mortalis ⁊ quedā
venialis. mō ſm hoc reſpondet̄ ad caſum p̄dictum ꝙ culpa mortalis im-
pedit ſacerdotem ꝙ nō poteſt digne celebrare. Nam ſi celebraret in cul-
pa mortali tunc ipe duplicaret peccatum mortale. nam vnum peccatum
mortale cōmitteret in ſumendo et aliud cōmitteret in ꝯficiendo. S3 cul-
pa venialis nō impedit. ſed de p̄mo impedimento dictum eſt p̄us in caſi-
bus quo ad p̄mā partē. Sed ſcda eiꝰ pars nota eſt de ſe. ¶ Sextus ca-
ſus. vtꝝ viciatus vel mutilatus in vna manu p̄t celebrare. Reſpondetur
ꝙ ſi talis mutilatio ſit notabilis tunc nō poteſt celebrare niſi papa ſecum
diſpenſauerit. ſi aūt illa mutilatio non eſt notabilis ſic ꝙ poteſt ſtare ſine
ſcandalo populi tunc p̄t celebrare miſſam. Et ſpecialiter ſi illa mutilatō
eſſet in pollice tunc ille nō debet celebrare et illud habetur plenius extra in
de corpore viciato. capitulo glorificato. vbi legit̄ de quodā abbate q̄ fuit
p̄uatus officio ſuo ꝓpter defectum manus. ¶ Septimus caſus. vtrum
mutilatio digitorum impediat celebratōem. Reſpondet̄ ꝙ nō. ſicut pꝫ
extra de corpore viciato. preſbyter. nam ibidem dr ꝙ ſi aliq̄s caret polli-
ce vel indice ꝙ nō poſſet celebrare. quia non poſſet fieri ſine ſcandalo po-
puli. ſed carentia aliorum digitorum ſiue mutilatio non obſtat. ¶ Octa-
uus caſus. vtrum carens teſticulis ſiue virilibus per abciſionē poteſt
celebrare miſſam. Reſpondetur ꝙ aliquis caret virilibus dupliciť. vno
modo propter medicinam videlicet vt poſſet euadere lepram vel aliam
infirmitatem. ita ꝙ teſticuli ei ſunt abciſi gratia neceſſitatis tunc poteſt
celebrare miſſam. Alio modo aliquis caret virilibus ſine neceſſitate ita
ꝙ p̄uatus eſt eis ꝓpter euitare fornicatōem ſiue actus meretricarios tūc

talis debet licentiari ab omni officio et dignitate ſacerdotali. vt habetur extra de corpore viciato. preſbyter. ¶ Nonus caſus eſt. vtrum macula oculi vel claudicatio pedum impediat celebratõem. Ad hoc reſpondetur ꝙ ſi talis claudicatio pedum eſſet valde notabilis. videlicȝ ꝙ non poſſet. bene ſtare preſbyter ſine baculo circa altare tunc impedit celebratõem. Si aũt claudicatio eius nõ eſſet notabilis nec eſſet ſcandalũ populo. tũc nõ impedit. Similiter dr̃ ſi macula in oculis eſt notabilis. ita ꝙ ipe ſacerdos nõ poteſt diſcernere lr̃as tunc impedit celebratõem. Si aũt illa macula nõ eſt notabilis tunc etiam nõ impedit celebratõem miſſe. Item ex quo dr̃ in ſymbolo. qualis pater talis filius talis ſpũs ſanctus. ⁊ paulo poſt. omnipotens pater. omnipotens filius. omnipotens ſpũs ſanctus. Quare ergo aliqua oratio nõ dirigitur ſpiritui ſancto. ita bñ ſicut patri et filio. Reſpondet ꝙ ſpũs ſanctus donũ dr̃. Vñ illud donũ ꝑmittens chriſtus diſcipulis dixit. ſi paraclitus .i. ſpũs ſanctus quẽ pater mittet in noĩe meo. mõ a dono nõ petit. ſed a largitore doni quare ⁊c. ¶ Item diceret q̃s qualiter ſacerdos ſe habere debeat legẽs collectã in miſſa Reſpõdetur ꝙ debet eã legere in dextra pte altaris. Cui⁹ rõ eſt. qȝ p dexteram bona eterna. ⁊ p ſiniſtrã bona tp̃alia deſignant. vt deſignet ꝙ̃ ꝙ eterna et ſpiritualia dona petere debemus. Iuxta illud. pmum querite regnũ dei. ideo dr̃ in dextra pte. vel etiã ideo. qȝ orões in noĩe chriſti fiunt q̃ ſedet ad dexterã dei vt habet p beatũ matheũ. ideo in dextra pte debet dici Etiã ad partem orientalẽ eleuatis manib; et capite denudato vt dictũ eſt. Et ꝙ debet dici verſus ptem orientalẽ hoc fit ꝓpter multas cauſas. Primo ꝓpter illuminatõem. vt ſcemus ꝙ illuminatio mentis noſtre eſt a deo. ſicut lumen venit ab oriente. Scdo. quia oriens eſt nobilior pars orbis. Tercio ꝓpter opa nobiliora q̃ magis apparent in oriente. qȝ ibi mot⁹ celi incipit. Aliter dr̃ ſm damaſcenũ. qȝ oramus verſus orientẽ triplici de cã pmo vt terrã noſtrã ſcȝ paradiſum terreſtrẽ vbi poſit⁹ fuit pmus hõ nos affectare denotem⁹ q̃ eſt in pte orientali. Scdo vt chriſtũ crucifixũ q̃ fuit ſtans in cruce verſus orientẽ attendamus. Tercio vt ipm venientẽ ad iudiciũ ibi expectare intendam⁹. de quo dr̃ aſcendit ſup celũ ad orientẽ et ab illa pte dr̃ deus venire ad extremũ iudiciũ. iuxta illud veniet queādmodũ vidiſtis eum ⁊c.

s. dicere — inhibemus
Omnibus oremus exorciſtis prohibemus
s. collecte — s. noſtrũ — .i. nõ admitto
His ego nõ finem concludere per dominum do

Sed per eum qui venturus eſt iudicare per ignem

Per dominũ prima finita quattuor addas
s. collectas — ſub vna ꝯcluſione — ſummũ
Sine duas miſſe collectas ſi tibi feſtum
collectas — s. in ſummis feſtis
Occurrit. nullas vt ſupradiximus addas.

¶ In iſta pte magiſter determinat de p̄ncipijs collectaꝝ. ⁊ diuidit̃ lr̃a in
duas ptes. In p̄ma facit q̄d dictū ē. in ſcd̄a pte determinat de collectis
cōmunib⁹ dicēdis i cōmunib⁹ feſtiuitatib⁹. Scd̄a ps ibi (p dn̄m p̄ma rē)
Et legat̃ lr̃a ſic. vult ḡ auctor p̄mo inhibere ſm q̄ d̄r in decretis ⁊ in iu-
re q̄ null⁹ exorciſta dꝫ dicere in p̄ncipio collecte orem⁹. nec in fine dꝫ di-
cere p dn̄m noſtꝝ. ſꝫ in fine collecte dꝫ dicere p eū q̄ ventur⁹ ē iudicare vi-
uos et mortuos ⁊ ſeculū p ignē. Deinde mgr̃ ſubdit de collect̄ꝭ dicēdis
in cōmunib⁹ feſtiuitatib⁹ dicēs. qn̄ preſbyter in cōmunib⁹ feſtiuitatib⁹ fi-
nit p̄mā collectā ad quam ſibi reſponſum eſt. Si tūc quattuor vel duas
vult legere collectas hoc debet fieri ſub vna ꝯcluſionē. Et hoc nunq̄ꝫ de-
bet fieri in ſummis feſtis. q̄ꝛ ibi tantū vna collecta debet dici vt ſup̄ dictū ē
¶ Circa lr̃am notandū Ordines ſunt duplices. nā q̄dā vocant̃ ordi-
nes minores ⁊ reliq̄ vocant̃ ordines maiores. ¶ Ordines minores ſunt
quattuor. quoꝝ p̄mus vocatur oſtiariatus ⁊ ille habet nomen ſuum ab
oſtio ſiue a ianua. Et officiū illoꝝ eſt q̄ debent oſtiū eccleſie cuſtodire ne
heretici excōmunicati ⁊ iudei p illā intrent. vel etiā aīalia irrōnalia cul-
tum dei impedientia. Et hunc ordinē chriſtus inſtituit qn̄ eiecit emen-
tes et vendentes de templo. ¶ Scd̄us ordo minor vocatur lectionatus
habens nomen a lectione. Et officiū illoꝝ eſt q̄ debēt legere lectōes ⁊ p
phetias ⁊ illū ordinē chriſtus inſtituit. qn̄ ipis ſanctis ꝓphetis p ſpiritū
ſanctū ſapientiā inſpirauit. ¶ Tercius ordo minor d̄r exorciſtatus Ex-
orcizo grece idem eſt quod depellere vel ꝯiurare latine. ⁊ illorum officiū
eſt q̄ debēt depellere ſiue ꝯiurare demones ab obſeſſis et illum ordinem
inſtituit chriſtus quando plures demones expulit ab obſeſſis. Et non
diſtinguitur ſm aliquos ille ordo a ſequenti. ¶ Quartus ordo dicit̃ ac-
colitatus quod in tantū valet ſicut ceroferarius ⁊ dicitur quaſi portans
ceram vel candelā ⁊ hunc ordinem inſtituit chriſtus cum dixit. ego ſum
lux mundi Joannis. ix. ¶ Et dicunt̃ iſti quattuor ordines minores. iō
q̄ꝛ nō ligant aliquem habētem eos. quia ille qui eos habet adhuc poteſt
vxorari ſiue ſe in matrimoniū transferre. ¶ Sed ordines maiores etiāꝫ
ſunt quattuor. quorum primus vocatur ſubdyaconatus et hunc chriſt⁹
inſtituit quando precinxit ſe linteo. et officium illorum eſt legere epiſto-
las. Joannis. xi. capitulo ¶ Secundus ordo maior dicitur dyaconatus.
et officium illorum eſt q̄ legere debent euangelia. Et hunc ordinem do-
minus inſtituit quando auctoritatem apoſtolis in predicādo donauit
Marci. vi. ¶ Tercius vocatur preſbyteratus. Et officiū illorum eſt q̄
poſſunt ꝯſecrare corpus domini. Et hunc inſtituit cum panem ⁊ vinūꝫ
bn̄dixit ⁊ ſuis diſcipul̄ꝭ ad mādu candū porrexit Mathei. xxvi. ¶ Quar-
tus vocat̃ epiſcopatus ⁊ hunc chriſtus inſtituit qn̄ ſe p redēptōe huma-
ni generis offerebat in ara crucis Marci. xv. Et officiū illoꝝ eſt offer-
re chriſtū. ¶ Sed diceret q̄s. vtꝝ ne ordo epiſcopatus ſit diſtinctus ab
alijs ordinib⁹ maiorib⁹. Reſpondet̃ q̄ nō. q̄ꝛ hꝫ ꝯſecrare corp⁹ dn̄i ⁊ ꝯfi-
cere ſicut ſimplex ſacerdos. ſed bn̄ dignitas q̄ ſibi eſt ſupaddita illa ē di-
ſtincta lꝫ nō ſit ſpēalis ordo. Et dicunt̃ maiores p tāto. q̄ꝛ nō pn̄t retro
cedere ita q̄ aliq̄s habens vnū ex ipis non p̄t vxorari. Et inter oēs illos
exorciſtis ſolummō inhibet̃ q̄ nō debent dicere oremus in p̄ncipio col-

lectarum. Et per exorciſtas intelligimus quattuor ordines minores.
¶ Ultimo notandũ de caſibꝰ Primus eſt iſte. vtrum ſacerdos faciens
pollutõnem nocturnalem die ſequenti poſſit celebrare miſſam. Ad hoc
reſpondetur cum diſtinctõne. nam illa pollutio quandoqꝫ ꝓuenit ex ſuꝑ
abundantia materie nõ potentis retineri in vaſis ſeminalibꝰ ꝓpter debi-
litatẽ virtutis retentiue. Et quando talis pollutio ſic cauſatur tunc nõ
ꝓhibet celebratõnem miſſe. Alio modo prouenit talis pollutio ex cra-
pula ⁊ ex ſuꝑflua comeſtione ⁊ illa cauſat peccatum mortale ⁊ ꝓhibet ce
lebratõem miſſe niſi ſolẽnitates ex neceſſitate occurrerent. Tercio ꝓue-
nit talis pollutio ex p̄cedenti cogitatõne ⁊ illa pollutio tantũ peccat quã
tum p̄cedens cogitatio promeruit. nam ſi precedens cogitatio fuit pecca
tum veniale. tunc talis pollutio etiam erit veniale peccatum. et tunc illa
pollutio nõ prohibet celebratõem miſſe. Si autem p̄cedẽs cogitatio fuit
peccatum mortale. tunc talis pollutio etiam erit peccatum mortale. Et
tunc illa pollutio prohibet celebratõem miſſe. ¶ Secundus caſus. vtrũ
ſacerdos curatus peccat denegando corpus chriſti deuote petenti. Uel
ſic. vtrum ſacerdos peccat denegando corpus chriſti deuote penitenti.
Ad hoc reſpondetur ꝙ ſic. Et ratio illius eſt talis. nam qui retinet reʒ
alterius ſine voluntate eius ille dicitur eſſe fur et peccat. Sed petens cor
pus chriſti ille petit rem ſuam propriam. ergo talis ſacerdos ſic denegan-
do corpus chriſti fur reputatur. Minor probatur. quia qui deuote petit
corpus chriſti ille petit ſalutem propriam. ergo ſi ſacerdos ſibi denegaue
rit tunc grande cõmittit peccatum. Sʒ ſi deuotus penitens ſingulis die
bus peteret corpus chriſti. vtrum eſſet ſibi prebendum vel nõ. Reſpon-
detur ꝙ licite poteſt ei abnegare. quia dicit beatus auguſtinus ꝙ ſingu-
lis diebus ſumere corpus chriſti nõ laudo nec vitupero. ſʒ quilibet chri
ſtianus exiſtens deuotus ⁊ ſine peccatis mortalibus ſingulis diebꝰ domi
nicis poteſt ſumere corpus chriſti. ¶ Tercius caſus eſt iſte. vtꝝ corpꝰ
dominicũ poſſit denegari petenti exiſtenti in peccato mortali. Ibi reſpõ
detur cum diſtinctõne. nam ſi hoc peccatũ mortale ſit publicum tunc po
teſt illi denegari corpus dominicũ alias nõ. Et hoc patet ſic. qꝛ chriſtus
in cena dedit corpus ſuum Jude Mathei. xxvi. que iudã imediate dia-
bolus intrauit. ſic etiam eſſet de alio homine qui illud venerabile corpꝰ
ſumeret in peccatis mortalibꝰ. Si aũt tale peccatũ eſt occultũ tunc nõ de
bet illi denegari corpus chriſti Et ratio eſt. quia ſancta mater eccleſia nõ
iudicat de occultis. ſed tantum de manifeſtis. Alij ſic reſpõdent parifor-
miter ad cauſam. vel talis eſt in peccato mortali occulte vel manifeſte. ſi
manifeſte tunc debet ſibi denegari corpus dominicum. quia alias face-
ret irreuerentiã tali ſacramẽto. ſi aũt fuerit occulte in tali peccato morta
li tunc nõ debet illi denegari. ¶ Quartus caſus eſt iſte. Sacerdos vidẽs
vſurariũ in multitudine populi accedere ad altare. timens ſcandaluʒ in
ꝑpꝰ abnegando ſibi corpꝰ chriſti. recipit duas hoſtias nõ ꝯſecratas ⁊ in
ter illas dat vnum groſſum huic vſurario. qui recedẽs ab altari percipit
groſſum in ore. incipitqꝫ penitere et flere propter peccata ſua. putans cor
pus chriſti eſſe tranſmutatum in groſſum propter ſua peccata et ſic in
cipit ſe conuertere ad chriſtum omnia ſua bona diſtribuens pauperi-

bus faciendo emēdā tunc q̄ritur vtrū ſacerdos ille ſit degradādus vł ab officio deponēd⁹ Et videt̄ ꝙ nō. q2 ꝯuertēdo peccatorē maximū gaudiū deo ⁊ angelis p̄parat̄. ğ ille ſacerdos poti⁹ ē colendus q̄ꝫ deponēdus ab officio et excōicand⁹. Rn̄det̄ ꝙ talis ſacerdos eſt ſuſpēdēdus ab officio ſuo. q2 hoſtias nō ꝯſecratas tradidit cōicanti idolatriā ꝯmittēdo. nā hoīes aſtātes adorauerūt iſtas hoſtias tāq̄ꝫ ꝯſecratas. ğ talis ſacerdos maxime peccauit. ⁊ ğ ip̄e tenet̄ ꝯfiteri. pnia aūt ꝯpleta ep̄s ſu⁹ miſericorditer p̄t ſecū diſpenſare Quint⁹ caſus eſt iſte. vtꝝ ſacerdos nō ieiun⁹ in aliquib⁹ caſib⁹ poſſit celebrare. Reſpōdet̄ ꝙ ſic. Et ſunt tres caſus in nūero. quoꝝ p̄rim⁹ eſt iſte. Si ſacerdos lauaret os ſiue faciē ſuā et eo neſciente deglutiret tres guttas vel q̄tuor tūc poſt hoc celebrare poſſit. ſꝫ ſcienter facere nō dꝫ. Scd̄s eſt qn̄ ſacerdos guſtat vinū et ſi imediate expueret adhuc poſſet celebrare. Terci⁹ ſi ſacerdos caret hoſtijs ⁊ poſt prandiū deberet ire ad infirmos ſiue ad aliquē agonizantē tūc poſſet celebrare et etiā ꝯſecrare. Et rō hui⁹ eſt iſta. q2 licet talis ſacerdos debilis ē ad tm̄ diuinū officium exequēdū et indiſpoſitus. tamē vtiq̄ȝ melius ē infringere ſtatutū inferioris q̄ꝫ ſuperioris. nā p̄ceptū eſt celebrare ieiuno ſtomacho. et h̄ inſtitutū ē a ſede ap̄lica. Sꝫ preceptū ſuperioris eſt p̄bere infirmis ſalutē et antidotū. id ē remediū qd̄ ē verū corp⁹ chriſti Sext⁹ caſus. vtꝝ ſacerdos incidēs ī paralyſim ī manib⁹ vel aliā grauē infirmitatē ſic ꝙ hoſtiā nō poſſet eleuare an hm̄oī ſibi eēt pctm̄. Reſpōdet̄ ꝙ nō. q2 eleuatio hoſtie ꝯſecrate nō eſt de eſſentia illi⁹ ſacramenti. Sꝫ ſi q̄s temerarie obmitteret ille mortalit̄ peccaret. q2 infringeret formā ſcē matrꝭ eccleſie a ſede romana inſtitutā. Sed diceres. q̄uo ğ ſacerdos q̄ incidit in paralyſim in manib⁹ ita ꝙ nō p̄t eleuare hoſtiā cōſecratā dꝫ ſe habere. an dꝫ ſumere corpus chriſti cū tn̄ man⁹ nō poſſit mouere. Reſpōdet̄ breuit̄ ꝙ dꝫ ſumere cū lingua Septimus caſus eſt iſte vtrū ſacerdos veniens ad medietatē miſſe vel vſq̄ȝ ad canonē. et ſi tunc miniſter ꝓteru⁹ ab eo recederet an tunc vlteri⁹ poſſit miſſam celebrare. Rn̄det̄ ꝙ ſic. vicꝫ ꝙ licite et ꝯueniēter poſſꝫ celebrare. q2 maior eſt vtilitas p̄ficiendi miſſaꝫ q̄ꝫ in reſpiciēdo miniſtrū q̄ receſſit Et ſili mō eſt dōm ſi fuerit incendiū alicuius edificij ſub tali ꝯditōne ſi iſte miniſter recederet ab eo ip̄ſe vlteri⁹ pōt celebrare miſſam Octauus caſus. vtꝝ ſacerdos tenet̄ ſingul̄ dieb⁹ celebrare miſſaꝫ. Reſpōdet̄ ſub tali diſtinctōe ꝙ ſi ſacerdotes ſint ꝯducti ꝓ p̄mio ad celebrādū miſſam. tūc debēt q̄tidie celebrare. nam ſacerdotes neminē debent defraudare Si aūt ſacerdos ē curat⁹ tūc dr̄ ꝙ ſp̄ dꝫ celebrare niſi obſtaret notabile īpedimentū. nā in ſacra ſcriptura dr̄ om̄is viuens de altari dꝫ ſeruire altari. ſed talis ſacerdos viuit de altari tollens patrimoniū chriſti ⁊ laute viuens de altari. ğ etiaꝫ debet ſeruire altari et miſſam q̄tidie celebrare. vt pꝫ extra de celebratōne. Non⁹ caſus ē iſte ſi ſacerdos intēderet ꝯſecrare ſex hoſtias. ⁊ eo neſciēte poſtea iueniret ſeptē vel octo tūc q̄rit̄ vtrū oēs illas hoſtias ꝯſecrauit vel tm̄ ſex Rn̄det̄ ſm̄ aliq̄s doctores ꝙ q̄libet ſacerdotū ꝓ eccīaſtica doctrina debēt ſeruare ꝙ in ꝯſecratōne hoſtiarū nunq̄ȝ dꝫ ſe limitare ad aliquē certū numerū ꝓpter tale dubiū remouēdū. ſꝫ ſua intētio debet eſſe illa ꝙ oēs hoſtias ibi poſitas vult ꝯſecrare. Alij dicūt ꝙ tales hoſtie debēt ſumi cū ꝯditōe

ſcȝ ſic dicendo. ſi nõ es corpus chriſti te vt panem manduco Si vero es corpus chriſti ꝓficias in vitam eternam

## ¶ De ꝯſecratõne corꝑis et ſanguinis chriſti

ſpᵉ tu ſacerdos ꝑparas clarius ſpᵉ calici
Quando paras calicem. tunc vinum purius illi
.i. ꝑuã guttã de aq̃ .i. nõ fetida
Infundas. et aque modicum ꝙ et illa recens ſit
.i. pura .i. hoſtia ꝯſecrãda ſpᵉ inceſo .i. celebres
Munda ſit oblata. nunq̃ȝ ſine lumine cantes
.i. oblata ꝯſecranda ſacerdotes ſpᵉ hoſtiam
Hoſtia ſit modica ſic preſbyteri faciant hanc
.i. mũda expoſitio hꝰ lr̃e clarius pȝ in punctis
Candida. triticea. tenuis. non magna. rotunda
.i. carẽs ſiligine ſpᵉ ꝯſecranda
Expers fermenti. non ſalſa. ſit hoſtia chriſti

Spernitur oblata duplex. vel a terra leuata

Fracta vel inflata vel diſcolor aut maculata

Prius autor determinauit de miſſis ⁊ iſtis q̃ ꝑtinẽt ad miſſam q̃ ad nũe᷑ collectarũ Hic iã determĩat de iſtis q̃ ꝑtinẽt ad ꝯſecratõem corꝑis et ſanguinis chriſti. Et ponit q̃tuor regulas. q᷑ ꝑma talis ẽ. Qñ tu paras ſeu diſponis calicẽ ad ꝯficiẽdũ ſanguinẽ chriſti. tũc ꝑus infundas clarius vinũ q̃d poteris reꝑire ⁊ tũc ſuꝑaddes modicũ de aq̃ q̃ recens eſt ⁊ mũda Scd̃a regula talis ẽ. ꝙ oblata dȝ eſſe mũda ⁊ figurata q̃ dȝ ꝯſecrari. g̃ ſacerdos volẽs celebrare miſſaȝ dȝ eligere oblatã purã ⁊ mũdam nõ fractã Et talis oblata dȝ eẽ de tritico. et nõ de ſiligine nec alio frumẽto Tercia reg̃la ẽ tal̃. ꝙ ipe pſbyter dȝ facere ⁊ pinſere oblatã Quarta regula ꝙ ipe ſacerdos nũq̃ȝ dȝ celebrare diuinũ officiũ miſſe ſine lumine. ¶ Notãdũ circa lrãm ꝙ lrã dr̃ (Qñ paras calicẽ) vñ h̃ nomẽ calix habet plura ſ̃cata. vtȝ in equocis. omiſſis q̃ ad pñs oĩbꝫ alijs ſignificatis h̃ nomẽ calix ſumit̃ hic dupl̃r. vno mõ capit̃ ꝓ paſſione chriſti. vñ in paſſione habet̃ Math. xxvi. Pater ſi fieri pt trãſeat a me calix iſte ⁊c̃. Itẽ alibi ĩ ſacra ſcriptura Poteſtis bibere calicẽ quẽ ego bibiturꝰ ſum. ibi ſ̃cat paſſionẽ. Alio mõ calix accip̃ pro iſto vaſe in quo conficitur corpus et ſanguis chriſti. et ſic capitur hic ¶ Scd̃o notandum. ꝙ talis calix ſm determinatõem romane ecc̃ie debet in ſe habere materiam q̃ eſt aurũ ⁊ argẽtum. ⁊ nõ dȝ in ſe hr̃e materiã ligneã .i. ꝙ tal̃ nõ dȝ eẽ factus de ligno. ⁊ h̃ ꝓpter poroſitatem ligni. q᷑ al̃s ſanguis chriſti ꝑ poros trãſiret. q᷑ materia lignea eſt poroſa et aerea. g̃ calix nõ dȝ eſſe ligneus ne ſanguis chriſti ſubintrans illos poros. lateat ibi ⁊ putreſcat. vt fuit tp̃e Bonifacij Nec etiã calix dȝ eẽ de vitris ꝓpter eius fragilitatẽ. vt fuit tp̃e Seuerini Etiã calix nõ debet eẽ lapideꝰ ꝓpter groſſiciẽ et ineptitudinẽ illiꝰ materie Nec

etiā dꝫ eē de plūbo vel de auricalco vel de cupro ꝓpter putrefactiōem illo
rum metalloꝝ .q2 illa metalla ſtꝫ fetida et mali odoris .ḡ ex eis nō debet
fieri calix.ne ſacerdos ꝓuocet̄ ad vomitū.ſꝫ debet eſſe de argento ⁊ auro.
vt vrbanꝰ inſtituit.vnꝰ.Ligna bonifacius.vitrū ſeuerinꝰ habebat Poſt
h̄ vrbanꝰ argentea vaſa tenebat. Sꝫ ſi paupꝑtas ecc̄ie intm̄ in aliq̄ regio-
ne dilataret̄.ita ꝙ nec haberet aurū nec argētū tūc ex diſpēſatōe ipius pa
pe calix pōt fieri de ſtāno vel auricalco. Sed in multis regionib⸫ calices
ſunt de cupro qđ licet bn̄.ſed tn̄ adhuc requirit̄ ꝙ ſint deaurati
¶ Tercio notādū.q̄re in ꝯſecratōne ſanguis mixtio fit vini cū aqua.de
q̄ pn̄t aſſignari q̄ttuor cāe. Quaꝝ pma ē.q2 xp̄s h̄ inſtituit in cena qn̄ in
ſtituebat corpꝰ ⁊ ſanguinē ḡ vt ipm̄ imitemur tūc vinū ꝯmiſcet̄ aq̄ in cō
ſecratōe ſanguis xp̄i Scđa cā.ꝙ h̄ fit ꝓpt̄ vnionē chriſtianitatꝫ cū xp̄o.vl̄
ꝓpter h̄ ꝙ ꝑ iſtā ꝯmixtionē ſcat̄ vnio xp̄i cū ecc̄ia Nā tūc ꝑ vinū itelligit̄
corpus chriſti.ꝑ aquā aūt q̄ addit̄ itelligit̄ ecc̄ia.i.chriſtianitas. Tercia cā
ē iſta. ꝙ h̄ fit ꝓpter memoriā corpis xp̄i qn̄ de venerabili ſuo corpe pro
ſalute hūani gn̄is emanauit ſanguis et aq̄ Quarta eſt iſta.ꝙ ibi deſigna
tur vnio deitatis cū hūanitate q̄ ſunt ꝑmixta in deo Nā ꝑ vinū intelligit̄
deitas.ꝑ aquā āt hūanitas q̄ vere ſunt ibi.q2 ſicut vinū in ſua natura eſt
vigoroſius et fortius aq̄.ita etiā deitas eſt fortior hūanitate.
¶ Quarto notandū.ꝙ plus de vino admiſcet̄ q̄ꝫ de aq̄.qđ fit triplici de
cā. Prima q2 ꝑ modicū aq̄ intelligit̄ hūanitas.ſed ꝑ vinū itelligit̄ deitas.
mō deitas eſt multo maior hūanitate vigoroſior et dignior. ḡ etiā multū
addit̄ de vino et modicū de aq̄. Scđa cā.ꝑ vinū intelligit̄ ſanguis chriſti
et ꝑ aquā itelligit̄ ꝓpl̄s dei ſiue ecc̄ia.mō modicū aq̄ debet infundi et mul
tum vini ꝓ eo ꝙ vinū tranſmutat aquā in ſe.ſic etiā deitas ꝯuertit ad ſe
hūanitatē ⁊ nō ecōuerſo.iō multū de vino ⁊ modicū de aq̄ infundit̄. Ter
cia cā.q2 ſi multū infunderet̄ de aq̄ et modicū de vino tūc ſubſtātia vini
mutaret̄ in ſubſtātiam aq̄.et tūc nō fieret ſanguis chriſti ſcđm inſtitutōem
chriſti.vn̄ đt Innocētiꝰ.vinū inq̄tū vigoroſius ⁊ fortius.intātū etiā me
lius eſt ad ꝯficiendū ſanguinem chriſti ¶ Nec dubitandū eſt quin
ibi ſit verū corpꝰ et verus ſanguis dn̄i noſtri ieſu chriſti. ita ꝙ ibi panis
trāſmutatur in corpꝰ chriſti. ⁊ vinū in ſanguinē chriſti. q2 ſi q̇s dubitaret
eſſet reus corpis ⁊ ſanguinis dn̄i ⁊ eēt dānādus.vn̄ đt q̇dā ſubtilis me-
triſta Cōſtat in altari ꝑ carnē de pane creari. Illa caro deꝰ eſt q̇ dubitat
¶ Quīto notandū.autor đt in lrā ꝙ vinū dꝫ eē claꝝ ⁊ puꝝ (reꝰ eſt
Dubitat̄ circa h̄.vtꝝ cū agreſta aliq̇s poſſꝫ celebrare vel de ſucco ꝑſſo
de botris Rn̄r ꝙ nō.q2 agreſta ſiue succꝰ nō hꝫ purā ſubam vini Et cō
ſecratio ſanguis xp̄i dꝫ fieri ꝑ veꝝ ⁊ puꝝ vinū q̄re ſeq̇t̄ ꝙ nō p̄t fieri in
ſucco nec in agreſta. Itē materia ſanguis dꝫ eē veꝝ vinū et puꝝ ⁊ eiuſdē
ſpēi.ſꝫ agreſta nō ē vera ſpēs vitis.igit̄ ⁊c. Diceret q̇s.quō ḡ agreſta ⁊
vinū dn̄t Dicit̄ ſicut ꝯpletū ⁊ incōpletū.vl̄ dn̄t ſic magis ⁊ minꝰ.ſed ta
lia diuerſificāt ſpēm.ḡ ꝯficiēs cū his ſpēb⸫ grauiſſime peccat Dubita-
ret q̇s.q̇d đr de feſto ſcī ſixti cū ibi celebret̄ ſanguis xp̄i cū ſucco ꝑſſo de
botris Rn̄det Innocētiꝰ papa.ꝙ illud nō ē ſatis cautū. ſꝫ tn̄ i regionib⸫
calidis in q̇b⸫ ſuccus vini cito matureſcit ibi poteſt ꝯſecrari corpus chri-
ſti et ſanguis mediante ſucco depreſſo.quia talis ſuccus magis aſſimila

tur vino in iſtis regionib⁊ calidis ꝗ̄ in ptibus frigidis. Aliter tñ etiã dr̄ Innocētiꝰ ꝙ forte illud nõ admittit̄ ꝑter feſtū ſancti Sixti. ſʒ magis ꝓpter transfiguratōnem dñi q̄ ſꝑ agit̄ iſto die. Vñ ⁊ chriſtus dr̄ Mathe. xxvi. Amē amē dico vobis amodo nõ bibã de gemine vitis ibi fuit memoria vitis. ⁊ ſic forte ꝑter hoc in iſtis ptib⁊ ſiue regionib⁊ calidis admittit̄ ꝙ ſanguis celebrat̄ cū ſucco depſſo. Sʒ loquēdo q̄ ad alias regiones pt̄ rñderi ſm̄ innocētiū ꝙ pt̄ fieri. et hoc tpe nccitatis ⁊ al's nõ Sic ſiliter ſi aliqs q̄reret an cū muſto poſſet fieri ꝯſecratio ſanguinis eo ꝙ adhuc nõ hʒ ꝯplexionē vini. Ubi iterꝫ aliq̄ dicūt ꝙ ſi vetus vinū nõ habetur tūc talis ꝯſecratio ſanguinis poteſt fieri cum muſto

¶ Sexto notādū an ꝯſecratio ſanguinis chriſti poſſʒ fieri cū pura aq̄ ſiue cū puro vino. Ibi rñdet̄ ꝙ nõ eo ꝙ ſi illud qđ magis videt̄ ineē nõ ineſt ḡ nec illud qđ minꝰ. ſʒ magis videt̄ ineē ꝙ cū aceto poſſʒ ꝯfici. et illđ ſm̄ mãdata romane eccīe nõ dʒ fieri Et ḡ multominꝰ dʒ fieri cū ſola aq̄ vel cū ſolo vino Maior pʒ ꝑ locū a maiori. ſʒ minor pʒ. q² acetū nõ pt̄ trãſmutari i ſanguinē xp̄i. nã ex aceto nõ fit vinū. ſʒ bñ ecōuerſo ex vino fit acetū

¶ Septimo notādū. ſi ſacerdos ꝯficiēs corpꝰ chriſti volēs ſumere ſanguinē chriſti ⁊ in calice īueniat purã aquã Tūc dubitat̄ an ip̄e ſacerdos dʒ ſumere aquã aut audeat reinfundere vinū cū aqua ⁊ intēdat ꝯſecrare ita ꝙ iſta occaſio fit ex q̄dã negligētia. ⁊ videt̄ ꝙ nõ de nouo debeat ꝯſecrare nec infundere vinū cū aqua. cū corpus ⁊ ſanguis chriſti debēt ſumi a ieiunis. mõ ſi p̄us ſumpſit aquã ⁊ poſtea de nouo vellet ꝯſecrare. tūc ip̄e nõ ſumeret corpꝰ ⁊ ſanguinē chriſti ieiunus qđ tñ determinatū ē a ſede apoſtolica ſicut hꝰ pʒ in natiuitate chriſti qñ ſacerdos primã lotionē ſumpſit tūc nõ ſumit vltimã ꝑter hꝰ ꝙ poſſit iterato celebrare Ad hꝰ rñdet q̄dã doctor in theologia. et dr̄ ꝙ ſine oīmi dubio reiteranda ē ꝯſecratio vini ⁊ aque. Et hoc ꝓbat ſic q² multo plus ligat p̄ceptū ſupioris ꝗ̄ inferioris ſʒ p̄ceptum ſupioris videlicet chriſti ē ꝙ ſacerdos debeat ꝯficere corpus chriſti ⁊ ſanguinē. q² nõ dʒ ſanguis diuidi a corpe. ſʒ p̄ceptū inferioris ſcʒ aplicī ē ꝙ ip̄ſe ſacerdos debet ſumere corpus chriſti ieiunus. ḡ meliꝰ ē ꝙ iterato conficiat ꝗ̄ ꝙ diuideret corpus ⁊ ſanguinē chriſti. Sʒ penitētia eius ſm̄ eūdē eſt ꝙ debet ſe abſtinere a celebratōne miſſe ꝑ vnū annū Alia de iſto facto patebunt infra in caſibus.

¶ Ultimo notādū de caſib⁊ quorꝫ p̄mꝰ ē. Itē ſacerdos mittēs vnã guttaʒ aq̄ in magnū vas vl' in magnū doliū plenū vino vtrū poſſʒ ꝯſecrare ſanguinē xp̄i. Ibi rñdet ſcūs. Tho. ꝙ ſemoto oī dubio talis ſacerdos pt̄ ꝯſecrare ſanguinē chriſti. q² illa modica aq̄ cōuertit̄ in ſubſtãtiã vini qñ ſaltē eſt forma ꝟborū ſeruata et recta intētōe tūc fit ꝯſecratio ſanguinis chriſti Scđs caſus eſt ſacerdos nõ hñs vinū vtrū poſſʒ celebrare cū muſto Et videt̄ ꝙ nõ. q² muſtū nõ hʒ naturã ꝯpletam vini q² nõ eſt purum neqʒ clarū. Ueſap dr̄ quidã magiſter in expōne miſſe. ꝙ ſi eſſet aliqua terra in qua nõ habet̄ vetus vinū tunc ip̄e ſacerdos pt̄ celebrare cum muſto. ⁊ al's nequaqʒ Tercius caſus eſt. an ſacerdos poſſet celebrare ſine vino vel in ſola aqua ita intelligendo ꝙ talis ꝯſecratio nõ poſſet fieri ſine vino. Ad hoc p̄dictis nõ obſtãtib⁊ rñdet q̄dam doctor ſubtilis ꝙ ꝓpter carentiam vini non eſt abſtinendum a miſſa. et hoc cum ſit cum li-

centia ſedis apoſtolice.q2 in corpe chriſti ē ſanguis ex quadā ꝯcomitan
tia q2 qñ ꝯficit̃ corp9 dñi noſtri ieſu chriſti ex pane triticeo tūc ibi eſt verū
corpus chriſti ꝛ etiā ſanguis chriſti .ex q̄ ibi eſt corpus chriſti ſicut erat in
vtero virginis marie ꝛ ſicut etiā ꝓ nob pependit in ara crucis ſm ꝙ fide
credim9.mō tale corp9 nō eſt ſine ſanguine ex eo ꝙ eſt viuū.g̃ ſacerdos
nō pt celebrare miſſam ſine vino.¶ Quart9 caſus ē.ponat̃ ꝙ ſint duo ſa
cerdotes quoꝝ vnus quotidie celebrat cū deuotōne et alter abſtineat ſe
quādoqꝫ ꝓpter timorē a tali celebratōe Tunc queritur qs illoꝝ ſalubri9
opet̃. Ad hoc reſpondent theologi et oēs doctores theologie ꝑ tres bo-
nas ꝯcluſiones.quaꝝ pma talis eſt ꝙ de facto quotidie ꝑ ſe celebrare ꝛ
deuote.eſt laudabile.rō eſt.q2 hoc fit ꝓ remedio humani generꝭ. Secūda
ꝯcluſio talis ꝙ qñqꝫ abſtinere ꝓpter metum et nō celebrare eſt laudabi-
le. Ratio eſt.q2 fit ꝓpter reuerentiā ſacramenti et indiſpōnem celebrantꝭ
Tercia ꝯcluſio ē q̄ quotidie ex amore dilectōe et deuotōe pura celebrat
eſt melior eo q̄ ꝓpter metū abſtinet. Et pma ꝯcluſio ſic ꝓbat̃ videlicꝫ ꝙ
de facto ꝛ quotidie ꝑ ſe celebrare ex deuotōe eſt laudabile. Nā ſicut ē de
nutrimento corpali.ſic etiā eſt de nutrimēto ſpūali. Sed ſic eſt de nutri-
mento corpali ꝙ ipius quotidie habemus indigentiā ad reſtauratōnem
vite noſtre.ergo etiā ita eſt de nutrimento ſpūali.id eſt de nutrimēto aīe
et tale nutrimentū aīe nō eſt aliud hic in ꝓpoſito ꝛ in ſancta matre eccle-
ſia niſi celebratio miſſe quotidiana.igit̃ ꝛc. Scđa ꝯcluſio ſic ꝓbat̃.ſcꝫ ꝙ
aliqñ abſtinere ꝓpter metū et nō celebrare eſt laudabile.nā illud eſt lau-
dabile qđ facit aliquē laudabilē cū reuerentia. ſed aliqñ abſtinere ꝓpter
timorē a celebratōe miſſe eſt hmōi.igit̃ ꝛc. Sed tercia ꝯcluſio ꝓbat̃ ſic ſcꝫ
ꝙ q̄ quotidie ex amore et deuotōe pura celebrat eſt melior eo q̄ ꝓpter me
tum abſtinet.nā omē bonū ꝑ ſe eſt melius ꝑfectius ꝛ dignius q̄ȝ bonū ꝑ
accidens.ſed quotidie celebrare eſt bonū per ſe ꝛ aliquādo abſtinere eſt
bonum per accidens.ergo ꝛc.¶ Quintus caſus ē iſte.vtꝝ in vua ſiue in
botris poteſt ꝯfici ſanguis chriſti ſi integre ponerent̃ vue ad calicē. Ad
hoc reſpondet̃ ꝙ nō.q2 ꝯſecratio ſanguinis nō debet eē edibilis. ſꝫ tantū
potabilis.q2 chriſtus poſt ꝯſecratōem ſanguinis dixit.accipite et bibite
ex hoc oēs.ꝛ nō dixit comedite.ſed integre vue nō ſunt potabiles.ſꝫ edi-
biles.igit̃ ꝛc.¶ Sextus caſus.quare hoc eſt ꝙ ſanguis chriſti nō habet
ſpēm veri ſanguinis.nec corpus chriſti hꝫ ſpēm carnis. Sup hoc magi-
ſter ſententiaꝝ aſſignat tres rōnes.quaꝝ prima eſt ꝙ hoc ſit ideo ne fiat
nauſea ꝛ horror ipis hoib9 ad ſumendū ſanguinē vel ad ſumendū carnē
crudā.quia hō naturaliter abhorret ſanguinē bibere ꝛ comedere carnem
humanā ꝛ crudā. Scđa rō eſt.ne noſtra chriſtiana fides derideat̃ a ſara-
cenis.iudeis.et hereticis q̄ dicerent ꝙ ſumeremus carnē crudā ꝛ crudū
ſanguinē. Tercia rō eſt iſta.vt fides noſtra haberet aliqđ meritū in ꝯſpe
ctu diuine maieſtatis. Vñ ſi crederemus hoc qđ nobis appareret ad ſen
ſum ex hoc nullū meritū haberem9.ſꝫ ſi hoc credim9 qđ nō videt̃.vt veꝝ
vinū trāſmutari in veꝝ ſanguinē chriſti ꝛ veꝝ panē in verā eius carnem.
tunc ex illo augmētat̃ meritū noſtꝝ.q2 dt beat9 gregori9. Fides nō hꝫ
meritū vbi rō humana pbet experimentū ¶ Septim9 caſus ē iſte.ſi ſacer-
dos heretic9 leuaret vinū nō ꝯſecratū ꝛ hoſtiā nō ꝯſecratā itaqꝫ popul9 cr

cũſtans adoraret illa. tũc q̄rit᷑ vtrũ talis ꝑpl's cõmittat ydolatriã Ad hoc reſpondet innocentius ꝙ talis ſacerdos malefacit et iniq̄ opat᷑. Et ꝑpl's circũſtans diuinũ officiũ miſſe ſi͡ꝫ dꝫ ſic orare. adoro te ieſu chriſte q̄ amara tua paſſione mũdũ redemiſti. ex hoc tũc popul⁹ nõ cõmittit ydolatriã et licet ibi ſit ſolus panis tñ nõ adorant hoſtiã. ſꝫ adorant illũ q̄ redemit mundũ. hoc ē ieſum chriſtũ. ¶ Ultim⁹ caſus ē iſte. ſi miraculo ꝯtingeret ꝙ cõmunicans videret ſpēm iuuenis in hoſtia conſecrata et in ſpē vini verũ ſanguinē. vl' videret hoſtiã ꝯſecratã eē mutatã i verã carnē vt ſancto gregorio ſemel ꝯtingebat tũc q̄ritur an ille cõmunicans dꝫ ſumere vl' nõ Ad hoc reſpondent cõmuniter oēs doctores ſacre ſcripture ꝙ nõ. ſꝫ debet expectare donec tranſmutet᷑. et ſi nollet tranſmutari ſic videlicꝫ ꝙ illa apparitio nõ deſineret. tunc corp⁹ dominicũ in loco ꝯſecrato firmiter debet ꝯſeruari ad ꝯfirmatõem chriſtiane fidei

¶ Notandũ ꝙ aliq̄ text⁹ hñt hũc verſum loco duorũ vltimorũ. Hec et triticea ſol⁹ preſbyter faciat hãc. vbi vult ꝙ null⁹ dꝫ facere oblatas niſi preſbyter ꝛ h̄ ē itelligendũ ꝙ ſic erat tꝑibus magiſtri in ꝯpilatõne huius libri ꝓpt᷑ iſtã cãm. ne aliq̄ negligētia ex tali factõe ꝯtingat. videm⁹ tñ oppoſitũ fieri nũc etiã ꝑmittit᷑ ꝙ ꝟgines religioſe ꝛ cuſtodes eccl'arũ q̄ q̄n qꝫ ſunt accoliti q̄nqꝫ vxorati. faciũt oblatas ꝛ bñ pñt dũmõ tñ ſiũt mũde ¶ Itē text⁹ dīt cãdida triticea ꝛc̄. vñ in talibꝫ ꝟſibꝫ innuunt᷑ q̄dã ꝯditiones req̄ſite ad hoſtiã ꝯſecrandã q̄s hõ dꝫ hr̄e ſpēaliter volēs corp⁹ xp̄i digne mãducare. ¶ Primo em̄ hoſtia dꝫ eē mũda ꝛ cãdida h̄ ē pure alba. ad deſignãdũ ꝙ xp̄i verũ corp⁹ in hoſtia ꝯficit᷑ q̄ nat⁹ ē de ꝟgine pura et imaculata. ſic volens digne accedere ad h̄ ſacramẽtũ dꝫ eē candidus ꝛ pur⁹ ſcꝫ mũdi cordis ꝛ bone ꝯſcīe ꝑ penitentiã et ꝯfeſſionē purgat⁹. qꝛ ꝑ candorē deſignat᷑ caſtitas q̄ oppõit᷑ luxurie. ¶ Scd̄o hoſtia debet eſſe de puro tritico. qꝛ triticũ ē dulci⁹ alijs frumẽtis. vel qꝛ triticũ ē nobiliſſimum granorũ ꝛ fructuoſiſſimũ. cũ h̄ ſuaue ſit. ſic xp̄s etiã oñdebat nobis dulcedinē fruct⁹ et grãm. ꝗ hõ accedēs ad hoc ſacramentũ etiã dꝫ eē dulcis oēm rancorē ꝛ oē odiũ poſtponēdo. ꝛ debet hoſtia eē triticea ꝑ h̄mõi deſignat᷑ mãſuetudo. oppoſita inuidie. ¶ Tercio hoſtia debꝫ eē tenuis ad deſignandũ magnã xp̄i humilitatē nã ſeipm exinaniuit formã ſerui accipiens fact⁹ ꝓ nobꝫ obediens vſqꝫ ad mortē. ſic etiã hõ volēs digne accedere dꝫ eē tenuis. i. ſobri⁹ nõ ſolũ a cibis corpalibꝫ. ſꝫ etiam ab oībꝫ peccatꝫ mortalibꝫ. vñ in Exodo dr̄ nõ hꝫ poteſtatē edendi agnũ paſchalē q̄ ſeruit tabernaculo. i. voluptatibꝫ mũdi. Et ꝑ hoſtiã tenuē deſignat᷑ abſtinentia oppoſita gule. ¶ Quarto hoſtia dꝫ eē pua ſic hõ accedēs ad corp⁹ chriſti debet eē puus. i. humilis humiliter imitãdo exẽpla chriſti. vñ dñs in euangelio. mathei. xi. dīt. diſcite a me. qꝛ mitis ſum et humilis corde. Per h̄ ꝙ hoſtia nõ dꝫ eſſe magna. humilitas deſignat᷑. oppoſita ſupbie. ¶ Quinto hoſtia debet eē rotũda. vñ oē rotũdũ faciliter eſt mobile ꝛ volubile ſic hõ accedēs ad corp⁹ xp̄i dꝫ eē faciliter mobilis et volubilis de vno bono ope in aliud. Etiã ſicut rotũditas ſiue circul⁹ rotũdus caret ꝓncipio ꝛ fine ſic etiã in deitate nõ pt̄ dari ꝓncipiũ neqꝫ finis. Etiã habet᷑ ex mathematica ꝙ figura rotũda ē oīm aliarũ ꝑfectiſſima ſic etiã deus ē ꝑfectiſſimum ens oīm. et ꝑ figurã rotũdã intelligit᷑ velocitas hoīs in ſeruitio dei que

opponit accidie. ¶ Sexto dz ee sine fermēto hoc ē sine amaritudine que ſcat ſupbiā. ḡ hō accedēs dz ee sine ſupbia. ¶ Septimo hoſtia nō dz ee ſalſa. ſal eīn de q̄to plus comedit de tāto plus puocat ſitim. ⁊ p ſal auaricia intelligit. q2 de q̄to magis aliq̄s inſiſtit auaricie de tāto plus deſiderat ei inſiſtere. ſicut ḡ hoſtia nō dz ee ſalſa. ſic hō accedens ad menſaz dn̄i nō dz ee ſalſus. i. auar⁹. ſz dz totā mētē ⁊ cogitatōem erigere in deum.

☞ Itē q̄lis debeat ee oblata ⁊ q̄ dz reijci ⁊ ſperni in ꝯſecratōem pz hoc in metris ſubſequētib⁹. vn̄ Spernit oblata duplex de terra leuata Fracta vel inflata aut diſcolor aut maculata. Per hos eīn verſus innuitur ꝙ ſacerdos volēs ꝯſecrare dz reſpicere oblatā ne ſit duplex. i. due oblate ꝯdepēdeāt. nā talis oblata nō dz ꝯſecrari. etiā oblata pīecta ad terrā nō dz ſcienter ꝯſecrari. etiā oblata fracta in circūferētia nec inflata nec maculata ſic ꝙ hz eleuatōes in ſupficieb⁹ ſuis nec diſcolorata. ¶ Diceret q̄s vtꝝ in ſolo pane triticeo ⁊ nō alio ꝯficiat corp⁹ chriſti. Ad hoc reſpōdēt antiq̄ doctores ⁊ ſanct⁹ thomas ⁊ alij multi dicētes ꝙ ſi q̄s in ſacramēto vteret de pane alteri⁹ grani dēptis granis tritici talis nō ꝯſecraret corpus xp̄i. ſicut nec ꝯſecraret ſanguinē q̄ tantūmō haberet aquā in calice. q2 ſicut deficeret debita materia ꝯficiendi ſanguinē xp̄i ſic etiā deficeret debita materia ꝯficiendi corp⁹. Ratio ꝯcluſionis illoꝝ doctoꝝ ē. q2 chriſt⁹ vt pz p ſanctū ioannē cōpauit ſe grano tritici. vn̄ de ſeipo loquēs ait granum tritici cadens in terrā niſi mortuū fuerit ipm ſolū manet. qđ verbū tractans beat⁹ auguſtin⁹ ſup ioannē dt. cū ſint multa grana frugū nulli ſe cōpauit chriſtus niſi grano tritici. vn̄ mos eccleſie cepit ortū de h̄ ſolo grano ꝯficere. dicat eīn finaliter q đ ꝯſultū ē ꝙ in ꝯſecrando corp⁹ chriſti ſacerdos vtat illo pane quē multi doctores reputant ꝯuerti in corp⁹ xp̄i dictis v̄bis ꝯſecratōnis ab ipo ſacerdote. q̄ꝫ ꝙ illo pane vtat quē multi doctores nō reputant ꝯuerti in corp⁹ chriſti. ¶ Diceret quis an ex pane fermentato poſſit ꝯfici corpus chriſti. Dōm eſt ꝙ ſic. ſz ſacerdos q̄ h̄ facit grauit peccat ꝯtra ꝯſuetudinē eccleſie. q2 ſm ſanctū tho. panis azym⁹ ē ꝯuenies p tāto. q2 chriſt⁹ panē azymū ꝯſecrauit. nā p panē azymū ſimplicitas et ſinceritas ⁊ pauptas chriſti ſcant. vn̄ beat⁹ paul⁹. epulemur in azymis ⁊c. alia multa dubia de p̄ntis rei materia in ſequētib⁹ patebunt.

i. cū duob⁹ pānis lineis i. mēſa dei tecta
Sit binis mappis altare tuum coopertum
ſupple altare i. femine p vel i. v̄gines
Nolo tegant illud mulieres ſiue puelle
i. v̄ba tu presbiter i. nimis velocit' vl' p ſaltū pferant.
Canonis eloquia recites nec precipitantur
ſc tu. i. ꝯtermittas aliq̄d de verb canonis cōmitteres
Nec fureris ea. quia crimen grande creares
ſacerdoti i. valde dīu i. i legēdo i. dures ſc v̄bis canonis.
Hinc tibi. nec nimium recitando moreris in illis
i. murmuratōes nō cōmittas ſc ipo canonē.
Murmura nō facias in canone dum legis illum

¶ Poſtq̄ᷓ autor poſuit quaſdā regulas obſeruādas ad ꝯficiendū cor/
pus chriſti et ſanguinē. Hic modo ponit quaſdaꝫ regulas obſeruandas
circa altare. Et diuiditur illa pars in duas partes. In p̄ma autor facit
quod dictum eſt. in ſcd̄a autor ponit quaſdaꝫ regulas obſeruandas cir/
ca canonē. ſcd̄a ibi. canonis eloquia. Et ſtat virtus lr̄e in q̄nqꝫ regulis.
quaꝝ p̄ma talis eſt. ꝙ altare in q̄ corpꝰ dominicū eſt ꝯficiendū debet eſſe
cooꝑtū ſiue tectū ad minus cū duabꝫ mappis. i. cum duobꝫ pannis lineis
¶ Scd̄a regula ꝙ illud altare nō debet tegere mulieres ſiue puelle ſꝫ de/
bet tegi ab hominibꝫ q̄ ſunt de ſexu maſculino hoc eſt ſolū ab ip̄is viris.
¶ Tercia regula eſt ꝙ ṽba canonis debet ordinate ꝛ debite ꝓnunciari
ita ꝙ nihil ſubtrahaᵗ ſeu diminuaᵗ ꝛ cū h̄ nihil apponaᵗ. qꝛ ſi hoc faceret
ſacerdos tūc cōmitteret grande peccatū. ¶ Quarta regula. ꝙ ṽba cano
nis nō debet nimis tarde nec nimis velociter ꝓferri ſed debent eē integra
et indiuiſa ne ſenſus ꝑuertaᵗ. ¶ Quinta regula ꝙ ṽba canonis nō debet
murmurari nec alta voce ꝓferri. ſꝫ debent dici ſub ſilentio ita ꝙ nullꝰ au
diat ea aliꝰ a ſacerdote. ¶ Circa lr̄am eſt p̄mo notandū a q̄ ritꝰ altaris
p̄ncipaliter eſt inuentꝰ. Ad hoc reſpondeᵗ ꝙ p̄mus ritꝰ altaris huma/
nitus loquēdo fuit inuentꝰ ab ip̄o noe. qꝛ noe edificauit altare dn̄o vt ha
betur in geneſi. viij. Scd̄s ritꝰ altaris eſt inuentꝰ ab ip̄o iacob ꝛ ab ipſo
abraā ꝛ ab ip̄o moyſe. vn̄ erexit iacob lapidē ꝛc̄. et hoc totū fuit in antiq̄
teſtamēto. Scd̄o eſt notandū ꝙ altare dꝛ quaſi alta res. qꝛ in altari cōſe/
cratur ſcꝫ corpus et ſanguis dn̄i ieſu chriſti q̄d ē ſacramentū altiſſimum
vel dꝛ altare q̄ſi alta res q̄ ad aſcēſum. qꝛ eſt eleuatū ſuꝑ terrā. Vel dꝛ ara
ideo ab ardore vt dt̄ innocētiꝰ. qꝛ ſuꝑ altare antiq̄tus vituli ꝯburebanᵗ
ad reuerentiā dei. ¶ Tercio notādū de materia altaris q̄ ſit. Reſpōdet
innocētiꝰ ꝙ ip̄m altare debet fieri de materia lapidū ꝓpᵗ tres cauſas. pri
mo ꝓpᵗ debilitatē. qꝛ res q̄ fit de lapidibꝫ diutiꝰ durat q̄ᷓ q̄ fit de lignis.
Scd̄a rō. qꝛ altare ꝯſecraᵗ. mō ne ꝯſecratio ſꝑ reitereᵗ. tūc altare dꝫ fieri
de lapidibꝫ ꝛ nō de lignis. qꝛ lignū cito putreſcit id̄ tūc oporteret ſꝑ reitera/
ri ꝯſecratōem. Tercia rō ē ſp̄ualis. qꝛ ꝑ altare ſp̄ualiter deſignaᵗ xp̄s q̄ di
ctus ē lapis iuxta illud pſalmiſte. lapidē quem reprobauerunt iudei ꝛc̄.
¶ Quarto notandū de figura altarꝭ q̄lis ſit. Reſpondeᵗ ꝙ altare dꝫ
eē q̄drangularꝭ figure. Et rō illiꝰ ē duplex. p̄ma ꝙ altare debet eē q̄dra
tū. qꝛ illd̄ (q̄d ē q̄dratū) magꝭ ē imobile ꝛ inuolubile. ſꝫ in altari ꝯficiᵗ ex
pane deꝰ. Et ſic inq̄tū deus ē imobilis. altare dꝫ eē imobile. qꝛ p̄mus
motor eſt immobilis ꝛ immutabilis. vt pꝫ. viij. phyſicoꝝ. Et ibi ꝑ p̄mū
motorē merito q̄ ad p̄ns poſſumꝰ intelligere ip̄m chriſtū ꝑ quē oīa facta
ſunt Joānis p̄mo. ꝛ ſic ꝑ ꝯñs altare hꝫ quadratā figurā ꝓpter eius imo
bilitatē quā debet habere ad reuerentiā ſacramenti chriſti qui chriſtus in
q̄ᷓtū deus immutabilis eſt. Et licet hoſtia conſecrata ibi eleuetur. tamen
per hoc deus non mouetur. quia mouere eſt de termino a quo ad termi/
num ad quem aliter ſe habere. et hoc ꝓprie nō cōpetit deo. Scd̄a rō eſt ꝙ
altare ē q̄dratū in ſignū dominice paſſionis. qꝛ qn̄ xp̄s fuit oblatꝰ ꝓ ſalu
te humana in cruce tūc illa crux habuit q̄tuor cornua. Et ḡ in ſignū illꝰ
altare ē q̄dratū. ¶ Quinto notandū ꝙ ip̄m altare fit ꝓpter tria ſicut etiā
fuit antiq̄tus in veteri teſtamēto. p̄mo fit ꝓpter ſacrificia offerēda. qꝛ an/

tiq̄ offerebant ſua ſacrificia ſup altaria ⁊ nō ſup aliū locū. Scđo fit alta
re ꝑpt nomē dei inuocandū. q2 ibi chriſt⁹ plus inuocat̄ q̄ȝ in aliq̄ alio loco.
Tertio fit altare ꝑpt cātores. q2 cātores offerūt melodiā deo oīpotenti.
¶ Sexto notandū q̄n altare ꝯſecrat̄ tūc ſepties cū aqua b̄ndicta aſpgit̄.
Cui⁹ rō ſ̄m innocētiū eſt. q2 xp̄s ſepties emiſit ſuū ſanguinē ꝓ nobis. et
ꝑpt h̄ ſeptē vicib⁊ altare cū aq̄ b̄ndicta aſpgit̄. Nā chriſt⁹ p̄mo emiſit ſuū
ſanguinē i circūciſione Scđo tp̄e paſſionis i ei⁹ orōe. Qui ſ̄m aliq̄s erat
ſudor ei⁹. Tertio in ipſius ardua flagellatōne. Quarto in eius coronati
one. Quinto in ipſius manuum perforatione. Sexto in ipſius pedū aper
tione. Septimo in ipſius lateris lanceatōne. Et in ſignum illius. altare
in eius ꝯſecratōne ſeptem vicib⁊ aſpgit̄ cum aqua benedicta.
¶ Septimo notādū. Si diceret q̄s. q̄ eſt rō ꝙ altare debet eē tectū cum
duab⁊ mappis. R̄ndet̄ ꝙ hoc eſt i ſignū antiq̄ legis. q2 ſicut vna mappa te
cta eſt ſub alia in altari ſic antiq̄ lex eſt tecta ſub noua. Sȝ alij aſſignant
aliā rōem et dicūt. q2 q̄n̄qȝ ꝯtingit ex caſu ꝙ ſacerdos iprouidus effun
dit de calice ſanguinē chriſti. Ideo altare debet tegi duplici mappa ſic ꝙ
iſte gutte imediate nō cadant ſup altare ſed ꝙ cadāt ſup mappas ex q̄b⁊
p̄nt extrahi. vn̄ Innocētius d̄r. altare debet eſſe duplici mappa tectum. et
hoc ſp eſt verū niſi in die paſceues tunc denudant̄ altaria ꝓpter reuerētiā
chriſti ⁊ memoriam eius paſſionis. Nam chriſtus in cruce fuit denuda
tus. vt legit̄ ibi Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea ⁊c̄. quare merito in eccl̄ijs
chriſtifideliū altare iſto die denudat̄. in ſignū hui⁹ ꝙ ip̄e chriſt⁹ ieſus i ara
crucis fuit denudatus ¶ Item notandū. q̄re mulieres nō debent tege
re altaria neqȝ puelle. Reſpōdet̄ ꝙ hoc fit ob reuerentiā illius ſacramē
ti in tali altari ꝯficiendi. videlicet q2 mulieres q̄n̄qȝ patiunt̄ mēſtruū ⁊ ſt
valde imūde. Vel h̄ fit ꝓpter ſpēalē effluxū ſanguinis ip̄aꝝ. ⁊ q̄n h̄nt il
luȝ effluxū tūc inhibite ſunt ab ingreſſu eccl̄ie. et ſi nō debēt habere ingreſ
ſum eccl̄ie eo min⁹ d̄nt adeſſe ꝓparatōni altariū niſi in clauſtris monialium.
¶ Notandū. lr̄ā d̄r (canonis eloquia) vn̄ canon in (vbi b̄n̄ p̄t fieri.
greco. idem eſt q̄d regula in latino. inde deriuat̄ canonicus et dicit̄ a ca
non. i. regula et ycos cuſtos quaſi cuſtos regularis ſiue cuſtos regularū
q2 canonicus debet eſſe regularis et obſeruator ſuarum regulaꝝ ⁊ eas
nō excedere. vn̄ illa verba dicūtur canon q2 regulariter canon debet ꝓfer
ri et ſine alta voce. Cuius rō eſt. q2 ſi ſacerdos ꝓferret alta voce tūc lai
ci circūſtātes ex ꝯtinua auditione poſſent addiſcere et ꝓferre illa verba
in ꝯmeſtionib⁊ ipſorū. ſic ꝙ tūc fierent in aliquo incōuenientia. ſicut legit̄
ꝙ tp̄e btī Gregorij pape q̄dam ſacerdos erat q̄ ſp alta voce canonē ꝓfe
rebat ita ꝙ circūſtantes addiſcebant talia verba canonis et poſtea in eoꝝ
comeſtionib⁊ q̄n comedebāt ꝓferebāt verba canonis ibi miraculoſe pa
nis ꝯuertebat̄ in carnē ita ꝙ illi ex iracūdia dei fuerūt ꝯſumpti ꝑ ignē ie
henne. Silr̄ v̄ba canonis nō debēt nimis tarde ꝓferri. et illi⁹ duplex eſt
ratio. Prima eſt p̄figuratio antiq̄ legis in q̄ eſt mādatū comedere agnum
paſchalē feſtinanter. Scđa rō eſt. nā ſi nimis tarde legeret̄ canon tūc dia
bolus mille artifex poſſet inducere ſacerdoti malas cogitatōnes. ⁊ ꝫ ſa
cerdos dȝ eē caut⁹ in legendo canonē. ſic ꝙ medio mō ſe habeat ⁊ ordina
te legat. ſic ꝙ nō nimis cito legat nec etiam nimis diu in eodem moretur.

¶ Ultimo notādū de caſibꝫ.q̄ꝝ prim⁹ ē iſte.ſi ſacerdos ꝯſecraret obla/
tam factam de tritico mixtā cū ſiligine miſſam totalr̄ pficiendo.tūc dubi
taꝛ.vtꝝ ſit credendū illā hoſtiā eē ꝯſecratā. Rn̄deꝛ.hoſtiā de tritico cō
ſecrari ꝛ ſiligine intelligiꝛ tripl'r Primo mō ꝙ ibi plus ē de ſiligine q̄ꝫ de
tritico.tūc dꝛ ꝙ tal' panis nō pt̄ ꝯſecrari.Scd'o ꝙ in tātū ſit de ſiligine q̄n
tuꝫ de tritico.ita ꝙ ſint in eq̄li mēſura.tunc dꝛ ꝙ iterū talis panis non pt̄
ꝯſecrari. Tertio ꝙ plus hꝫ de tritico ꝛ min⁹ de ſiligine ita ꝙ ſiligo nō pt̄
iudicari in pane.tunc pt̄ ꝯfici a ſacerdote ꝛ ꝯſecrari.ſꝫ tn̄ eo ſciente ipſe
ſacerdos peccat mortaliter ꝛ eum oportet penitere. Et tenetur ꝯfiteri
et penitentiam agere ¶ Secūdus caſus eſt iſte.ex q̄ corp⁹ et ſanguis chri
ſti apparent ſub ſpēbꝫ certis ſenſibilibꝫ vt corpus ſub ſpē panis ꝛ ſanguis
ſub ſpē vini.tūc dubitaꝛ.vtꝝ fractio ꝛ ille ſonus ibi fiat in corpe chriſti vl'
in pane vel in accidentibꝫ. Non in corpore chriſti.qꝛ illud eſt indiuiſibile
nā in qualibet pte hoſtie ꝯſecrate eſt integer ꝛ totus chriſtus ſicut p no/
bis pependit in ara crucis.imo ſi in ptes mille diuidereꝛ talis hoſtia.tūc
in qualibet pte chriſtus eſt integer ſicut in tota hoſtia.ḡ ſonus nō cauſa
tur in corpore chriſti.ſimilr̄ nec fractio. Nec etiam in pane cuꝫ panis ſit
tranſmutatus in verū corp⁹ chriſti. Nec in accn̄tibꝫ.qꝛ accn̄tia de ſe non
faciunt ſonū.Ad hoc reſpondent doctores ſacre ſcripture ꝙ fractio ſeu
ſonus eſt in accn̄tibus Tunc ad rōem in oppoſitum qū diciꝛ.tū accidē/
tia per ſe non faciunt ſonū niſi cū eorū ſubiectis. Ibi reſpondeꝛ ꝙ h̄ na/
turaliter eſt verū vbi accn̄tia inheſiue ſunt in ſubiectis Sed eſt ſecus i ho
ſtia ꝯſecrata.qꝛ in tali hoſtia ꝯſecrata accn̄tia ſupnaturaliter ſtant ſine
ſubiectis ¶ Tertius caſus eſt.vtꝝ ſacerdos poſſit ſaciari ꝛ inebriari ex
corpe et ſanguine chriſti Rn̄deꝛ ꝙ non.quia iam panis tranſmutat⁹ eſt
in corpus chriſti ꝛ vinū in ſanguinem Et hoc non inebriat nec ſaciat cū
ſit ſpūale quoddam.Sed tn̄ ſi fieret inebriatio tūc hoc eſſet ex accn̄tibꝫ
et ex ſolo ſapore panis et vini Et non eſſet de ſubſtantia panis et vini
qꝛ ſunt trāſmutata in corpus et ſanguinē chriſti ¶ Quartus caſus.vtꝝ
ſacerdos diuidens hoſtiam ꝯſecratā an ibi corpus xp̄i diuidiꝛ an accn̄tia
Nō corp⁹ xp̄i.qꝛ ē indiuiſibile ꝛ incorruptibile Et etiā nō accn̄tia.qꝛ ta
lia ſtant ſine ſubiecto ſupernaturaliter. Rn̄deꝛ ꝙ corpus xp̄i diuidiꝛ.ſed
non diuiſione reali.quia talis apud chriſtum glorificatum eſt impoſſibil'.
Sed diuiditur diuiſione que quaſi intellectui humano eſt ſuperueniens
Nam in q̄libet pte hoſtie ꝯſecrate eſt integrū corpus xp̄i. Et iſtud pōt
etiam ex naturalibꝫ pſuaderi.qꝛ videmus ad ſenſum ꝙ ſi frangaꝛ ſpecu/
lum in plures ptes tunc in qualibet pte ſpeculi manet integra imago.tū
ſpeculū diuidiꝛ non imago.ſic accn̄tia non corpus xp̄i diuiduntꝛ. Sic eo/
dem modo in diuiſione hoſtie manet integrū corpus xp̄i.vn̄ ſumit vnus
ſumūt mille tantū iſti quantū ille nec ſumptus abſumitur ¶ Quint⁹ ca/
ſus eſt.vtꝝ corpus chriſti ꝯſumitur dū a multis accipiꝛ. Reſpondeꝛ.ꝙ
xp̄s non ꝯſumitur ſed manet integer.ſed ſola ſpēs panis ꝯſumitur. nec
xp̄s diminuitur ex multitudine pſonarū recipientium. Pro declaratōe
iſtius pt̄ ſic ſumi exemplū.vt ſi incendaꝛ vna candela et vlteri⁹ multe alie
candele incendanꝛ ab eadem candela.tunc illa candela nō diminuiꝛ. ḡ a
fortiori.ſic fit in corpore xp̄i ¶ Sextus caſus quō corpus xp̄i ſumitur a

bonis ⁊ a malis cū tamē xp̄us in ſe eſt bonus. Reſpondet ꝙ corpus xp̄i
ſumitur a bonis ad ſalutem. ⁊ a malis ſumitur ad eternam dānatōem.
Sed diceret quis. ſic oppoſite cauſe erunt in vna ⁊ eadem re. Rn̄detur
ꝙ h̄ nō videt eſſe incōueniens. ꝙ oppoſite cauſe ſint in vna et eadē re. vt
pꝫ in naturalib⁹. et p̄ncipaliter pꝫ in flore q̄ p̄bet apibus ſuccū quoad p
ductōem mellis. et p̄bet aranee ſuccū q̄ ad generatōem veneni. ⁊ ſic i vna
et eadē re ſtꝫ oppoſite cauſe. Silr̄ h̄ pꝫ in igne q̄ diſſoluit ⁊ ꝯgregat ſiue
ꝯglutinat. qꝛ ignis diſſoluit plūbū ⁊ ꝯgregat ſiue ꝯglutinat lutū. ſꝫ h̄ fit
reſpcū diuerſoꝝ obiectoꝝ. Et cū iſtud fit in naturalib⁹. ḡ multo magis
p̄t fieri in ſupnaturalib⁹. vtꝫ. ij de generatōe. Uel dōm ꝙ h̄ nō eſt ex pte
corpis xp̄i. ſed ex pte ſumentium aliter et aliter diſpoſitorum. ¶ Septi-
mus caſus. q̄re ſacerdos hꝫ ſpeciales geſtus qn̄ vult ꝯſecrare hoſtiā ſic
ꝙ tunc facit plura ſigna. videlicet eleuando eā. ſilr̄ et calicē. Ibi dt̄ Inno-
centius ſup expoſitōem miſſe. ꝙ facta ꝯſecratōne ip̄e ſacerdos eleuat cor
pus dn̄i noſtri ieſu chriſti i ſignū illi⁹ ꝙ corp⁹ chriſti fuit eleuatū i ara cru
cis. vn̄ etiam dt̄ Innocētius Eneus ſerpens fuit extenſus in colūna. vt
quicūqꝫ intueretur illū ſerpentem liberaretur a morſu ſerpentino. i. a dia
bolo. ſic xp̄s fuit extenſus in ara crucis vt quicūqꝫ intueret eum liberare
tur a morſu ſerpentino. i. a diabolo. vn̄ ſubdit Innocētius. cauenduꝫ eſt
ne ſacerdos eleuet corpus xp̄i alte ⁊ ſignanter hoſtiam niſi p̄us fuerit cō
ſecrata. qꝛ ſi antea eleuaret tūc populus adorare poſſet ⁊ ibi ꝯmittere ido
latriam. quia ibi adhuc non eſt ꝯſecratū corpus xp̄i. ¶ Octauus caſus ē
iſte. an ſacerdoti dubitanti quomō poſſit fieri tranſmutatio panis in cor-
pus et tranſmutatio vini in ſanguinem xp̄i poſſit aliqua perſuaſio dari.
Rn̄detur Aliqua perſuaſio poteſt illi dari quomō panis tranſmutatur
in corpus chriſti ⁊ vinū in ſanguinem xp̄i. Et hoc ſic. quia quicquid p̄ot
virtus inferior hoc etiam poteſt virtus ſuperior. vt dicit autor libri cau
ſarum. ſed virtus inferior poteſt ꝙ mutat vnam ſpēm in aliam. quia mu-
tat nutrimentum panis in carnem. et nutrimentum vini in ſanguinem. er
go proculdubio multo magis poteſt virtus ſuperior facere q̄ eſt ipſius
autor. ¶ Ultimus caſus eſt. quō poteſt fieri ꝙ non ad ſenſum videmus
inſtituit btūs gregoriꝰ ⁊ ē deꝓcatiua. Et ē iſta. ꝑ iſtā ſacrā vnctōem dele-
at tibi deꝰ quicq̄d deliquiſti ꝑ viſum. auditū. guſtū. tactū. ⁊ ſic de alijs.
Alia ē quā inſtituit btūs hieronymꝰ ⁊ ē indicatiua ⁊ ē iſta Vngo oculos
tuos oleo ſanctificato in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti amē. Sꝫ aliqui
moderni preſbyteri faciūt vnā aliā formā mixtā ex illis duab⁹. Dicentes
vngo oculos oleo ſanctificato in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſci. Et ſubiun
gunt. ⁊ ꝑ iſtā ſacrā vnctōem deleat tibi deꝰ quicq̄d deliquiſti ꝑ viſuꝫ audi
tū. guſtū ⁊ tactū. ⁊ ſic de alijs. ☞ Itē nota. dr̄ in vna regula ꝙ mem-
bra vngēda ꝑus debēt lauari. hoc eīn fit duplici de cā. Prima cā ē ꝓpter
reuerentiā ſacramēti videlicꝫ ne ſacramētū ad locū īmūdū ponat. Scd̄a
cā ē in ſignū huiꝰ ꝙ nr̄a ꝯſcīa dꝫ eē lota ab oīb⁹ peccatis. Sꝫ dr̄ vlterius
in regula ꝙ infirmꝰ nō dꝫ vngi in fronte ⁊ rō huiꝰ ē. qꝛ epiſcopꝰ frontē
vnxit in ꝯfirmatōe mō poteſtas ſuꝑioris nō ꝯuenit inferiori. ☞ Item
nota. in vna regula dr̄ ꝙ ſacerdos dꝫ inducere infirmū vt ꝯfiteat ⁊ peni-
tentiā agat. Dubitat ḡ. vtꝝ penitētia ſerotina vel ꝯtritio ſit ꝟa penite-
tia. dicunt aliq̄ doctores ꝙ nō. qꝛ oīs penitentia dꝫ fieri ex amore ⁊ non

ex timore. ſed penitentia veſptina vel ſerotina nõ fit ꝓpter amorē. ſʒ ma-gis ꝓpter timorē. ꝙ penitentia ſerotina vel veſptina nõ eſt vera peniten-tia. Maior ptʒ p magiſtrũ ſententiaꝝ dicentē. ꝙ directa penitentia debʒ eſſe charitatiua. ſed minor ꝓbatur. qꝛ illa penitētia (q̄ fit in agone mortꝭ) iſta fit ex timore. qꝛ ipſe infirmꝰ penitet ꝓpter metũ mortis, qꝛ ſi nõ time-ret mortē et ſciret ſe euadere nunq̄ʒ peniteret quare ſeqꝛtur ꝙ tarda peni-tentia ſiue ſerotina fit ex timore. ꝛ p ꝯñs nõ eſt penitentia. Ad hoc du-biũ reſpondent doctores vnanimiter ꝙ penitentia ſerotina dũmõ penitē-tia fiat ex tota cordis ꝯtritõe vera eſt. Et hoc ptʒ de latrone q̄ pendebat in cruce cũ chriſto in latere dextro. qꝛ ille latro penituit in agone mortꝭ di-cens, memento mei dñe dũ veneris in regnũ tuũ. Sed tamē ſup hoc ne-mo ſe remittere debet vt ſuam penitentiā tardare velit vſq̄ʒ ad vltimā ex-tremitatē vite ſue. nā dicunt doctores ꝙ nõ tantũ ꝯtritio ſiue penitentia ſaluauit iſtũ latronē in cruce. ſed ſua magna fides quā habuit in chriſtum magis eñ credidit q̄ʒ ſancti et ſancte martyres et hoc ex tactu ſtille ſan-guinis chriſti ſup ipm̄ ſtillantis q̄ erat infinite virtutis ad ſoluendũ vin-cula peccatoꝝ. et de hoc dꝛ apocalipſis p̄mo. chriſtus lauit nos a pecca-tis noſtris in ſuo ſanguine Nã hoc ꝙ fideles martyres crediderunt hoc vidit ad oculum. Etiã eoꝝ fides ꝯfirmata fuit p ſigna ꝛ miracula. Iſte aũt latro vidit chriſtũ pēdentē in cruce ꝛ dãnatũ tāq̄ʒ malefactorē. nihilo minus tñ ipm̄ filiũ dei eē credebat. Et hec maxime fuit cã ſue ſaluatio-nis. ꝛ ꝙ dꝛ beatus auguſtinus penitentia ſera raro eſt vera. Nam vt fre-quenter nõ ex amore et vera cordis ꝯtritõe. ſed ex timore ꝓcedit ¶ Vl-terius eſt notandũ. ſ. ra dꝛ ꝙ illa mēbra. ſ. oculi ꝛ manꝰ debēt vngi. Et hu-ius eſt duplex rõ. Prima. qꝛ p iſta mēbra p̄ncipalr̄ exercet̄ cultꝰ diuinꝰ. Et qꝛ vnctio eſt q̄dã ꝯfirmatio ſpūalis. ꝙ vt iſta mēbra ꝯfortarent̄ vn-gi debēt. Scđa rõ Illa mēbra vngi debent p q̄ deliq̄mus ꝛ peccauimꝰ. ſʒ viſu. auditu. tactu. ꝛ ſic de alijs peccauimus. ꝙ illa mēbra tāq̄ʒ p̄ncipalio-ra vngenda ſunt. ¶ Vltimo eſt dubitandũ de caſibꝫ. Primo dꝛ. vtꝝ ve-ſanus et freneticus in extremis ſunt vngendi. Rñdet̄ ſub diſtinctõne. qꝛ vel tales ſunt ꝯtinue furibundi abſq̄ʒ tpis interuallo. vel aliq̄ñ ꝛ aliq̄ñ nõ. mõ ad dubiũ dꝛ. ꝙ ſi ꝯtinue ſunt furibundi nõ ſunt vngendi. Rõ eſt. qꝛ oīs vngendus debet habere rõnem ꝛ voluntatē ꝛ deſideriũ vnctõnis ſed tales frenetici nõ deſiderant vnctõem. ſi aũt iſti frenetici ꝛ veſani ali-q̄ñ ſunt furibundi. tunc ſi petunt vnctõem q̃ñ vſum rõis hñt. tunc debēt vngi et alias nõ. ¶ Scđs caſus. An ſit verum ꝙ ipi infirmi dicunt ante mortem ipis apparere ipm̄ angelũ vel diabolũ ꝛ videre iudicium diuinũ Ad hoc reſpondet beatus auguſtinus ꝙ ſic. anima poteſt ſcire iudiciũ ꝑ-ticulare vt maneat in purgatorio vel in loco vbi peccauit. non tamē hoc ꝯfert̄ omnibꝫ aīabus. ſed anima nõ poteſt ſcire iudiciũ vniuerſale. qꝛ tale iudicium tantum apparebit in die nouiſſimo quando dicetur bonis ve-nite benedicti. ꝛ malis ite maledicti. mathei. xxv. Vnde ſi bona fecerũt in p̄ſenti vita tunc ipis erunt angeli p̄ſentes animā cuſtodiētes. ꝑ oppoſitũ autem. ſi mala fecerunt in p̄ſenti vita. tunc ipis erunt diaboli p̄ſentes ani-mam expectantes. Alij autem ſic reſpondent quando queritur. Vtrum ipi infirmi verum dicunt quando dicunt ſe vidiſſe angelum vel diabolũ

circa ſe in infirmitate dõm ꝙ hoc eſt poſſibile qñ ex diuina ꝓuidentia p̃-
mittit᷑. ⁊ ſine cunctipotentia dei fieri nõ pt̃. q2 illi ſunt ſpũs q̃ non pñt vi-
deri. cũ nihil videt᷑ niſi coloratũ. vt dt̃ Areſtoteles in libro ſcðo de aĩa. ſꝫ
ipi nõ ſunt coloratũ. quare ſeqtur ꝙ nõ pñt videri niſi ſpecialiter ↄcedat᷑
ex gr̃a dei. ¶ Tercius caſus. An verꝫ ſit ꝙ plures hoĩes dicũt ſe vidiſſe
deũ in agone mortis. Ad hoc reſpondet btũs hieronym⁹ ꝙ ſic. q2 filius
dei tantã miſericordiam hꝫ ad ipm hoĩem ꝙ in fine vite cuiuſlibet hoĩs ſe
manifeſtat. nã mori ꝓ nobis voluit. Et illud idẽ ↄfirmat᷑ in euãgelio vbi
dr̃. et iterꝫ veniã ad vos ⁊ iõ apparet ipi hoĩ in fine mortis. ¶ Quartus
caſus. Ponat᷑ ꝙ aliqs hõ ſit ſemel vnctus in vna infirmitate ⁊ diu mane
at in eadẽ infirmitate. licet nõ ſub equali tranſitu. tũc dubitat᷑ vtꝝ poſt ea
articulo mortis imminente poſſit iterꝫ vngi. Reſpondet᷑ ꝙ illa medicina
non ſolum reſpicit morbum. ſed etiam infirmitatis longitudinem. ergo
non obſtante p̃ma vnctõne in articulo mortis facta. ſi euaſerit ⁊ diu in
iſta infirmitate pſeuerauerit ſub inequali tranſitu. pt̃ iterꝫ vngi. q2 medio
tpe pt̃ hõ venialiter peccare. q2 illud tunc iterꝫ delet᷑ p vnctõem. ¶ Quin
tus caſus. Aliquis intrans bellum timens ſe interfici vel etiã iudicat⁹
fideliter petens vnctõem. dubitatur an debet vngi vel nõ. Reſpondetur
ꝙ nõ. quia ſolus infirmus eſt vngend⁹. talis aũt nõ ẽ huiuſmodi. igit᷑ ⁊c̃
¶ Sextus caſus eſt iſte. vtrum gnanus ⁊ pigmei et tales cõſimiles iſtꝭ
ſunt vngendi. Reſpondetur ꝙ nõ. quia iſti q̃ debent vngi debent eſſe ani-
malia pfecta bona rõne vtentia. ſed ſic nõ eſt de pigmeis ⁊ quandoqꝫ de
gnanis. Si eni̾ vſus rationis bone in gnano reperiret᷑ ſec⁹ eſſet. ¶ Sep
timus caſus. Ponatur in caſu ꝙ aliquis infirmus dicat ad ſacerdotẽ. do
mine dicite mihi viam per quam valeo venire ad regnum celoꝝ. tunc du
bitatur quam viam ſacerdos debet ei manifeſtare. Et quõ ipm inſtrue
re debet vt ꝑueniat ad regnum celorum. Ad hoc reſpondet ſanctus Au
guſtinus ꝙ ipſe ſacerdos debet inq̃rere ab infirmo. Et ſi affirmatiue re-
ſpondet ad ea q̃ querit ab eo tunc talis ꝓcul dubio ſecure morit᷑ Primuꝫ
ꝙ q̃rere debet ab ipo infirmo an credit in articulos fidei q̃ ſunt traditi in
eccleſia dei. Si infirmus dt̃ ꝙ ſic. tunc ſacerdos debet reſpondere. hoc ẽ
bonum ſignum quo ad ſalutem anime tue. Scðo ſacerdos q̃rat an gau
det mori in fide catholica. ſi reſpondet ꝙ ſic. tunc ſacerdos dicat hoc eſt
bonum ſignum ⁊c̃. Tercio ſacerdos q̃rat. vtꝝ doleat vnqꝫ chriſtũ offen
diſſe eius creatorẽ. ſi reſpondet ꝙ ſic. tunc ſacerdos dicat. hoc eſt bonum
ſignũ. Quarto q̃rat. vtꝝ doleat de peccatis cõmiſſis. ſi rñdet ꝙ ſic. tunc
ſacerdos dicat. hoc eſt bonũ ſignũ. Quinto q̃rat. ſi euaſerit mortẽ. vtruꝫ
velit peccata ſua deplangere. ⁊ ãplius nõ peccare. ⁊ cũ hoc ſua peccata ve
lit emendare. Si reſpondet ꝙ ſic. tũc ſacerdos dicat hoc eſt bonũ ſignuꝫ
Sexto ⁊ vltimo q̃rat ſacerdos. an credat ꝑuenire ad regnũ dei nõ meritꝭ
ſuis. ſꝫ p merita ieſu chriſti et p eius amariſſimã paſſionẽ. ⁊ ſi ipe ĩfirmus
oĩbꝫ iſtis firmiter adheret ↄfitẽdo ⁊ credẽdo. tunc ipe ſacerdos dicat ſibi
eũ ↄſolãdo. Si aduerſarij tui ad te veniant in exitu anime tue recordare
chriſti paſſionẽ et eris ſecurus de vita eterna. ¶ Octau⁹ caſus Ponat᷑
ꝙ ſit aliqs malus q̃ p maliciam intrat infirmitatem. ita ꝙ mutus effi-
ciat᷑. ſicut legit᷑ de illis q̃ ſolent ſanctos increpare ⁊ vitupare. tũc dubitat᷑

vtrū tales morte iminente debeant vngi. Ad hoc rñdet q̃ ſi ipe ſacerdos p aliq̃ ſigna manifeſta. ſicut p gemitū vel p eleuatōem manuū in celū vel ſuſpiratōem. cognoſcit illū infirmū ſacramentū vnctōis deſiderare tūc tenetur ipm vngere. ſi iſtis ſignis remotis ⁊ nō factis. tranſeat vnctio a talibus maliuolis. ¶ Ultimus caſus eſt iſte ex quo in iure, phibet q̃ hō hñs paruū caput vt mus nō debet vngi. tunc dubitat. an etiā hō nimis magnū caput hñs nō dꝫ vngi. Rñdet q̃ inter oīa aīalia q̃dā ſunt mōſtruoſa et impfecta. ſiue talis defectus venit ex ſupabundantia ſiue ex defectu ita q̃ hñt rōem valde impfecte. hmōi nō ſunt vngenda. q̄ oē aīal qđ dꝫ vngi dꝫ habere pfectā rōem et diſcretōem

.i. in haſtiludijs .i. occiſus .i. puā
In torneamentis leſus ſi vixerit horam
sc hora sc exñs .i. pctā
In qua contritus. ſua crimina confiteatur
.i. euchariſtia sc in loco ſacrato.
Corpus ei domini datur. vngitur nec ſepelitur
sc vel aliqs nobil' sc torneamēta
Ne miles pronus ſit ad iſta negatur ⁊ iſti
.i. eccleſiaſtica tumulatio blaſphemat sc leſi
Sancta ſepultura. corpus confunditur eius
sc leſus .i. morit sc iura eccleſiaſtica
Qui ſic decedit. ſed cetera nulla negantur
sc iura sc ad ſalutē .i. remouet.
Que proſunt anime. ſic iſte reſtringitur inde
sc cā iuſticie intrāti hmōi sc eccleſiaſticū
In bello iuſto ius omne datur morienti
.i. diſcuſſor criminū
Confeſſor licite ſis furibus et ſceleratis
sc fures aut alios ꝯſiles .i. iuſta
His. quos damnauit ſententia iudicis equa
.i. cū talibꝫ ipedimētꝭ .i. cuſtodia ciuitatꝭ .i. ligauit.
Et quos cōpedibus cuſtodia publica vinxit
.i. homicidia .ſ. mortē furū ⁊c.
Latronum mortem. furum ſuſpendia. clades
.i. q̃liacūqꝫ sc tu ſacerdos
Qualeſcunqꝫ caue ne conſpicias quia iure
tale officiū diuinū
Miſſam cantandi tibi tollitur inde poteſtas
.i. aliqđ ſignū sc fur .i. periculū .i. intrare
Non facias quicq̃ꝫ quo caſum mortis inire
aliqs .i. ſine .i. mortꝭ deſiderio .i. cōpatiarꝭ. furi
Poſſit. et abſqꝫ necis conſenſu condoleas huic

ſe nos raymūd⁹ viſiōis mortꝭ deponibil̄.i.iſte caſus
Dicimus articulus ꝙ diſpenſabilis hic eſt
hō .i.iſte
Mortuus inuentus vbicunqꝫ ſit. hic ſepelitur
.i.in cimiterio icognita inuenti
Nobiſcum. dubia ſi mortis cauſa ſit eius
nota inuenti .i.nō dꝫ ſepeliri in cimiterio
Si manifeſta mali ſit cauſa foris ſepelitur.

¶ Hic magiſter ponit incidētia q̄ incidūt ex p̄dictꝭ. ꝛ diuidit illa pn in tot ptes quot ponit incidētia.ptes patebūt. Primū incidēs ſiue p̄ma regula eſt.ſi aliq̄s leſus fuerit in torneamentis vel pcuſſus vſqꝫ ad articulū mortis et ille ſupuixerit ad modicā horā.ita ꝙ ſua crimina p̄t ꝯfiteri tūc ille ē cōmunicand⁹ ꝛ vngend⁹. ſꝫ dꝫ carere eccleſiaſtica ſepultura vt pꝫ de torneamētꝭ.p̄mo ꝛ vltimo. Rō eſt.q꞉ tūc alij nobiles nō efficiūtur ita p̄ni ad hmōi torneamēta ſiue ludos.et ſic vt alij reſtringant̄ a tali ludo.nō debent ſepeliri in eccleſia ſiue in cimiterio.ſꝫ in cāpo p aſpectū alioꝝ vt alij ceſſent a tali ludo. Sꝫ tñ oīa alia eccleſiaſtica iura q̄ pſunt ſaluti aīe ſue nō debēt denegari tali ¶ Scdm incidēs (qđ ex illo orit̄) ē.ſi aliq̄s intrat bellū iuſtū tūc oīa iura ſacramētalia p̄nt illi porrigi. Et hoc ē veꝝ.ſi cā iuſticie vel cā defendendi cōe bonū vel patriā defendendā itrauerit bellū. Si aūt cā ſpoliatōis vel ꝓpt̄ aliā cām ſibi ſilem itrauerit bellū tūc illa iura ſacramētalia ꝛ eccleſiaſtica nō porrigent̄ ei. ¶ Terciū incidens ſiue regula.ꝙ licitū ē audire ꝯfeſſionē ab ipīs furibꝫ et latronibꝫ Et ſi ꝯtingeret ꝙ aliq̄s ſacerdos deberet eos audire tūc diſponat ꝙ tales fures et latrones ſint ſoluti a vinculis.q꞉ ſi nō eēnt ſoluti ſꝫ ligati cōpedibꝫ tūc nō dꝫ eos audire. Et hoc ē ꝓpt̄ reuerentiā ſacramēti ſiue de bñ eē illius ſacramēti.ſcꝫ ꝯfeſſionis.ſꝫ nō de iure.q꞉ ꝯfeſſio liberat a pctō. g̃ dꝫ eē ſolutus a vinculis corpis queadmodū petr⁹ actuū.ix. ¶ Quarta regula.ꝙ q̄cūqꝫ hꝫ volūtatē clericādi.ille dꝫ ſe cauere ne vnq̄ꝫ videat mortem maloꝝ hoīm.vt ſuſpendiū cōbuſtionē ꝛc.q꞉ talis faciliter intrat irregularitatē p quā tollit̄ officiū celebrādi miſſam.vt ſi ipe letaret̄ de morte ipſoꝝ vel ꝯſile op⁹ expectaret. ¶ Quinta regula.null⁹ ſacerdotū loq̄t̄ q̄cq̄ꝫ de his malefactoribꝫ.ita ꝙ nihil dꝫ facere nec dicere de his maleficꝭ ꝛ hoc nec ſignis nec nutibꝫ.nec v̄bis.nec ope.ne intret irregularitatē. ¶ Sexta regula.ſi aliq̄s mortuus inuentus fuerit in aliq̄ loco. ſiue ſit in aq̄ ſiue in cāpo.ſiue in ſilua ille ē ſepeliend⁹ nobiſcū.i.in cimiterio. Et h̄ ē veꝝ ſi cā mortꝭ illius ſit dubia tūc ſm hoc dꝫ opari. Si aūt ſit nota et manifeſta tūc iteꝝ ſm hoc dꝫ opari.puta ſi cā mortis eſt homicidiū vel aliq̄ d̄ hmōi tunc nō eſt ſepeliendus in cimiterio.ſꝫ in cāpo.codē mō ꝺꝫ ſi aliq̄s ſuſpēſus inueniret̄ in cāpo quē ſciret eē ſuſpenſum ille nō eēt ſepeliendus in cimiterio. ☞ Circa lrām p̄mo ē notandū ꝙ torneamentū dꝫ eē ludus ſiue exercitiū.vbi plures hoīes armati ꝯfluunt ſiue ꝯueniūt vt velint intrare bellū.tūc ſciendū ꝙ aliq̄s p̄t intrare bellū cū torneamentis dupl̄r.vno° ꝓpter vanā gloriā.ſcꝫ ꝓpter mulieꝝ ſiue virginū cōplacentiā. Et ſi talis ſic morit̄ ſiue iterficit̄ tūc ipe nō dꝫ ſepeliri in cimiterio ꝛ in loco ſcō. alio°

aliq̄s p̄t itrare toꝛneamētū ſiue bellū cā exercitij vt poſtea poſſit eē abilioꝛ
in ꝓ plio. et mēbra ſua abilitētur et abilia fiāt aut ad defendēdū patriā
vl' ad defendēdū cōe bonū vl' ad defendēdū oꝛphanos ⁊ viduas: et ſi tal'
moꝛit' i bello tūc ei dat' eccīaſtica ſepultura ¶ Scdō nota. q̄uis aliqd coꝛpꝰ
ſepelit' extra cimiteriū ꝓpt' h' nō ē credēdū ꝙ iſte hō ſit dānatꝰ ex eo ꝙ ſe-
pelit' extra cimiteriū. et rō ē q: locꝰ nō ſcificat coꝛpꝰ ſ; coꝛpꝰ ſcificat locū
Quia ſcīm coꝛpus ad quecūq; locū ponit' illū locū ſanctificat. vt iſtud p;
ꝑ multa coꝛpoꝛa ſcōꝝ q̄ ſanctificauerūt loca. et g̃ nō ē credēdū ꝙ aīe illoꝝ
hoīm ſepultoꝛū extra cimiteriū ꝓpterea priuabuntur gloꝛia celeſti.

¶ Tercio notandū. ſicut habet' extra libro q̄nto de toꝛneamētis. toꝛnea
menta ſunt ꝓhibita in quibꝫ ꝯueniūt milites ad oſtētatiōem audacie ex
quibꝫ aīabꝫ multa pericula ſepius ꝓueniūt. nā ſi quis ibidē interfectus
fuerit eccīaſtica carebit ſepultura ſ; ſi q̄s ad toꝛneamēta venerit nō oīno
ꝓpter laudem ſed ꝓpter aliam cām honeſta; videlicet vt requirat debi-
ta ſua a creditoꝛe ſi tunc interfectus fuerit pōt in cimiterio ſepeliri Sicut
legitur extra de toꝛneamentis loco pꝛeallegato

¶ Quarto notandū. ſi fures vel latrones in furando vel p̄liando occidā
tur nō eſt oꝛandū ꝓ eis. vt habet' ca. de furtis. q̄nto Itē furibꝫ in eccīa nō
datur ſepultura. ſ; tn̄ cū fuerint ꝯfeſſi ⁊ ꝯtriti licet eoꝝ crimina ſint mani
feſta tunc ipſis pōt dari coꝛpus dn̄i. ſ; ſepultura non niſi eoꝝ ꝯſanguinei
ſatiſfacere ꝓ eis ꝓmittant. vt p; extra de raptoꝛibꝫ. ca. vbi ſupꝛa.

¶ Ultimo ē notādū de caſibꝫ Primꝰ eſt iſte. ponat' ꝙ aliq̄s ſacerdos ſta
ret circa moꝛtē malefactoꝛis gaudēs de moꝛte ipſius. nūquid efficit' irre
gularis. Rn̄det' ꝙ nō eſt ꝯueniens ſacerdotibꝫ et clericis. audire. videre
aut iudicare moꝛtē malefactoꝝ. q: faciliter pn̄t incurrere irregularitatem
Un̄ ſacerdos ꝓmouēs aliquē ꝟbo vel facto. et ſi delectat' ⁊ dat ꝯſenſum
aliqual' ad moꝛtē ipiꝰ vel coadiuuat vel ſi nutibꝫ vel ſignis ipm ꝓmouet
ad moꝛtem ē irregularis. ſ; ſi ex caſu ꝯtingit ꝙ ꝯſpicit moꝛtē ipſiꝰ. tūc d;
ei ꝯdolere verbo vel ope Et ille articulus diſpēſandꝰ ē ⁊ excuſabilis. ſic
ſil' ſi gaudet de moꝛte ipſius et tn̄ nō ꝓmouet ipſum ad moꝛtē. iſte arti-
culꝰ iterū eſt diſpēſabilis. ſed hoc ſolū a ſede aplica ¶ Scōs caſus. pona
tur ꝙ iudex ciuitatis dat licentiā aliquē ſuſpenſum vel rotatū ſepeliri. et
amici eius poꝛtant eū ad eccīam. tunc dubitat' an pꝛeſbyteri debent eum
admittere ad ſepulturā eccīaſticā. Rn̄det' ſi talis fur fuerit ꝯfeſſus con
tritus et cōicatus tūc pōt ſepeliri in cimiterio. et h' cū licētia epi et pleba
ni. et tn̄ ſimpl' ſepeliri nō d; niſi amici pꝛomittant ſatiſfacere pꝛo eo ꝓ q̄
iſte fur eſt moꝛtuus ¶ Sed diceres. nunq̄d eccīa d; admittere ꝙ coꝛpa
ſuſpēſoꝝ ſepeliant' in eccīa et ꝙ oblatōnes et miſſe fiant ꝓ eis. Rn̄det' ꝙ
ſi talis ſuſpēſus de oīmbꝫ pctīs ſuis purā ꝯfeſſionē fecerat et digne peni
tuit et ſm̄ ꝯſtitutōem eccīaſticā in fine cōiōnē ſuſcepit. tūc l; de iure cōi ſi
bi ſepultura eccīaſtica denegatur tanq̄ malefactoꝛi publico. tn̄ ex grā p̄t
ſibi indulgeri. ſic ꝙ ad eccīaſticā ſepulturā admittat'. ⁊ ex ꝯn̄ti etiam ad
mittunt' ſuffragia talium moꝛtuoꝝ videlicet oblatōnes ⁊ miſſe ¶ Tertiꝰ
caſus. ponat' ꝙ aliquis ſacerdos ſit in caſtro alicuius pꝛincipis q̄ ſcribit
lrās ꝓ vindicta ſanguinis. tūc dubitat' an efficitur irregularis. Rn̄det'
ꝙ clericis ꝓhibet' ſtricte ne aliq̄s dictet vel ſcribat lrās ꝓ vindicta ſang-

uinis. ſʒ laicis ꝯmitti dʒ. et nullo mō ſubdiaconus diacon⁹ vel ſacerdos tale officium exerceat ne ad occiſionē aliquē inducat ꝑ tale officiū. qꝛ effi cereꝛ irregularꝭ. ꝛ hꝰ habeꝛ ī decretalib⁹ extra de clericis ¶ Quart⁹ caſus ponaꝛ ſi aliqͣs veniēs ad ecc̄iam videns calicē quēdā min⁹ caute dimiſſuʒ et ipſum recipiat et longo tpe detineat. tunc dubitaꝛ. vtrū talis poſſit ꝓ moueri ad ſacros ordines. Rn̄detur ꝙ ſi ille voluntarie fuerit ꝯfeſſus ꝛ ſatiſfecerit ecc̄ie. cuius calix fuerat. nec de hoc eſt nota vel manifeſta ſuſpi tio. tūc talis poſt penitentiā factam dūmō idone⁹ cognoſcaꝛ. poteſt ꝓmo ueri ad ſacros ordines. ¶ Quintus caſus ponaꝛ ꝙ ſi aliquis cā neceſſi tatis. videlicet cā nuditatis vel famis aliquid fureꝛ Tūc dubitaꝛ. vtꝝ te netur reſtituere. Rn̄detur ꝙ non. Nam oīs qui cibaria vel veſtē vel potum reciperet ex vera neceſſitate non teneꝛ ſimplr loquēdo reſtituere. qꝛ in neceſſitate oīa debent eſſe ꝯmunia. ſicut fuit in ꝓmitiua ecc̄ia tēpore aploꝝ. vt legiꝛ in actib⁹ aploꝝ. Et erant illis oīa cōia Uel alio mō rn̄deꝛ ꝓbabiliter ad dubiū ꝙ nō. nā oīs q̄ cibaria veſtē vel potuʒ recipet cā nu ditatis vel famis. ille teneꝛ de his penitere ꝑ aliquot ebdomadas. et hoc extrema nec̄itate cogente. ſi āt redderet ecōtra. nō teneꝛ penitere. licʒ iſta nō fiant de iure ¶ Sextus caſus. ponaꝛ ꝙ aliquis ꝓnceps ꝯmittat incen diū ecc̄ie ꝛ ponatur ꝙ egritudine ꝓuēctus ꝯfiteaꝛ ſuo capillano q̄ ipm ab ſoluit a vinculo anathematis. tunc dubitaꝛ. an iſte dʒ habere ecc̄iaſticā ſe pulturā Rn̄deꝛ ꝙ ſic. qꝛ heredes eius ꝯpellendi ſunt vt his q̄b⁹ iſte ꝓn ceps ꝑ incēdiū vel alio mō dānū fecerit iuxta facultates ſuas digne ſatiſ faciant ꝛ vt ſic aīa illius ꝓncipis a peccatis ꝑt liberari ¶ Ultimus caſus eſt. ponaꝛ ꝙ aliqͣs incēdiarius vel malefactoꝛ ecc̄iaꝝ a ſacerdote cōprehē daꝛ ꝛ ab eo interficiaꝛ Tunc dubitaꝛ an iſte clericus interficiēs eū ſit irre gularis. Rn̄deꝛ ſub diſtinctōne. nam ſi ille malefactoꝛ ei nocere noluerat ſed ſolū ſpoliare voluit ecc̄iam. tūc ſi interficereꝛ a clerico clericus eſt ir regularis. Si āt clericum voluiſſet interficere ꝛ clericus alio mō nō po tuiſſet euadere niſi ipſum interfeciſſet tunc eſt irregularis ſi talem malefa ctorem interficeret. ſed valde faciliter poſſet ſecū diſpenſari. Sed alij doc tores dicūt ꝙ ſimpliciter nō efficereꝛ irregularis. cum inter duo mala mi nus malū eſt eligēdū. mō minus videtur ineſſe ꝑiculoſitas ꝙ preſbyter interficeret illum. cū aliter euadere nō potuit ꝙ̄ ecōuerſo

## Capitulū tercium de baptiſmo

O tu ſacerdos .i. accipias
Um cathezizas puerum tunc tres tibi ſumas
patrinos ſpͨ patrinos ſpͨ tres ꝑſone
Perſonas. et non plures quia ſufficiunt he
ſpͨ patrinis ſpͨ catholicā
His iniunge fidem puerum debere docere
illā orōem dn̄icā .i. dū venerit ad annos diſcretōnis
Atqʒ pater noſter. maturos dum tenet annos

¶ Iſtud eſt terciū caplm in quo autoꝛ determiat de tercio ſacramēto. qꝛ

autoꝛ ſupiꝰ determinauit de duobꝫ.ſ.eucharistia ⁊ ſacra vnctōne.q̄ ſunt ſa
cramēta reiterabilia. h iā determinat de ſacramēto irreiterabili.ſ.de bap
tiſmo Et diuidit̄ illa pars in duo.nā pͥmo definiat de ſacramēto baptiſ
mi. Scđo determiāt de negligētijs ꝯtingentibꝫ circa baptiſmuz. Scđa
ibi (Infans infantē) Pꝛima ps adhuc diuidit̄ in duo.nā pͥmo determiāt
de ꝑſonis reqſitis ad baptiſmū. Scđo remouet qđā dubia Scđa ps ibi
(Moꝛtis agens) Quātū ad pꝛimū dt ſic.qñcūqꝫ cathezizas puerū tūc
ſume ſolū tres ꝑſonas.et hi tres vel ille tres ꝑſone ſufficiūt.ad q̄s tres ꝑ
ſonas debes dicere ꝙ qñ ille puer venerit ad annos diſcretionis.ꝙ tunc
eum infoꝛmant pater noſter et fidem catholicam.

☞ Circa lrām eſt notandū. ꝙ cathezizo eſt vna dictio greca.et vꝫ tm̄
in latino ꝯ̄tum puerū bn̄dicere ante baptiſmū Et habet fieri in facie ec-
cleſie. Cathezizo pl'a ꝑcat.vn̄. Et cathezizo ꝯfirmo inſtruo ſacra Jubeo
vel doceo iungo redarguo ſperno

¶ Scđo notandū.ꝙ baptiſmꝰ differt a duobꝫ ſacramētꝭ p̄dictis tanq̄
reiterabile ⁊ irreiterabile. qꝛ duo p̄cedētia ſtꝭ reiterabilia. qꝛ nō inducūt
effectū eternū.vt eucharistia ⁊ ſacra vnctio. Et iō dicunt̄ reiterabilia.qa
plura pn̄t in eodē hoīe reiterari. ſꝫ baptiſmus ꝯfirmatio ⁊ oꝛdo dicūtur
irreiterabilia.iō qꝛ inducūt effectū eternū ¶ Vn̄ baptiſmus ſic definitur
Baptiſmꝰ eſt caracter indelibilis aīe impꝛſſus ꝑquē baptizati differūt a
nō baptizatis .vn̄ baptiſmꝰ in greco idē eſt qđ lotio in latino. qꝛ ſicut aq̄
mūdat coꝛpus exteriꝰ viſibil'r.ſic baptiſmꝰ inuiſibil'r ⁊ ſupnatural'r mū-
dat aīam interius.vn̄ btūs Augu.aq̄ coꝛpꝰ tāgit ⁊ mētem abluit

¶ Tertio notādū.ꝙ triplex ē baptiſmꝰ ſm ꝙ habet̄ in decretalibꝫ.ſ.bap
tiſmꝰ flumis. flamis.et ſanguis. Baptiſmꝰ flumis ē pͥncipal' baptiſmꝰ
q̄ fit cū aqua fontis ex grā ſpūſſci Sꝫ baptiſmus flaminis eſt qui fit igne
ſpūſſci cū gratia ſpūſſancti. Et illo baptiſmo beata virgo maria baptiza-
ta eſt.ſed Albertus dt ꝙ vero baptiſmate ſicut apl'i baptizata eſt ꝯ̄uis
ipſa non legitur eſſe baptizata in aqua fontis.ſed fuit baptizata in gratia
ſpūſſancti. Sed baptiſmus ſanguinis eſt quando ꝓpter fidem chꝛiſtia-
nam ſanguis effunditur Et ſic ſancti martyres qui ſanguinē ꝑ xp̄o fude
runt et pueri innocentes per talem baptiſmū fuerunt baptizati.

☞ Quarto notādū.ꝙ ſacramētū baptiſmi eſt inſtitutū q̄drupl'r ſm ꝙ
q̄tuoꝛ ſunt genera cauſaꝝ.ſ.genꝰ materiale finale efficiēs ⁊ foꝛmale Nā
quo ad cām materialē tūc baptiſmus eſt inſtitutꝰ in aq̄ q̄ eſt cōis ⁊ ge-
neralis oībꝫ. Rō eſt.qꝛ ſicut legit̄ Chꝛiſtꝰ in ioꝛdane eſt baptizatus in aq̄
que eſt cōis oībꝫ Et iō dicit Magiſter.q̄rto ſniaꝝ ꝙ baptiſmus non
debet fieri in vino nec in lixiuio nec in aqua turbida niſi tēpoꝛe magne ne
ceſſitatis Sed ſm cauſam foꝛmalem.tūc baptiſmus eſt inſtitutus a xp̄o
quando dixit. Marci vltimo. Jte baptizantes in nomīe patris et filij et
ſpirituſſancti. Et hec foꝛma debet ſeruari a quolibet baptizāte. Et ideo
ſi aliquis baptizaret puerum ſic dicendo. Ego baptizo te in nomine
patris et filij et ſpirituſſancti ⁊ in nomine ſancti Nicolai.illa foꝛma non
valeret. Et ideo talis puer coꝛam deo omnipotenti baptizatus non eſ-
ſet.ideo ꝙ ibi dimitteret foꝛmam inſtitutam et aliquid ſuper adde-
ret. Quia tali foꝛme nihil eſt addendum. Et ideo mulieres baptizātes

pueros tpe neceſſitatis qnq3 negligūt pueros aliq̄d addētes ad verā formam dicentes. ego baptizo te in noīe patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſci ꝛ btē ꝟginis marie ꝛ beati nicolai. et iſte ſic facientes grauiſſime peccant. et credendū eſt puerū talem ſi ſupuixerit eſſe rebaptizandū. Cauſa efficiēs baptiſmi fuit xp̄s. ſed effectus baptiſmi eſt ablutio in fine ꝛ ꝓmptitudo ad bonū et tarditas ad malū. Sed finis baptiſmi eſt ablutio peccati originalis et tranſitus regni celeſtis ſi innocēter baptizatus cuſtodiatur.

¶ Itē nota circa cām efficientē ꝙ xp̄s baptiſmū inſtituit vt q̄dā doctores dicūt cū de latere ſuo ſanguinē ꝛ aquā voluit emanare et poſtea aquā ſanctificauit dicens. niſi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ ꝛ ſpūſcō nō intrabit regnū celoꝝ. Joan. iij. Itē baptizandus cū p̄mo ad ecc̄iam venerit. tūc p̄mo interrogatˀ vtꝝ abrenūciet diabolo Et rn̄dent patrini abrenūcio. Et iterum q̄ritˀ. vtꝝ credat in patrē et filiū et ſpm̄ſcm̄. Et iteꝝ patrini rn̄dent credo. ꝛ per hoc baptizandus inſtruitˀ de vita et fide. Nā de vita docetˀ abrenūciare diabolo. ſed de fide docetˀ credere in ſanctam trinitatē Etiā interrogatˀ. ſi credit in ecc̄iam catholicam ſcōꝝ cōionē remiſſionē peccatorū Rn̄dent patrini credo. Poſt iſtam interrogatōem ꝛ reſponſionem puulus per ſacerdotem in faciem ſufflatur. ꝑ hoc exhortatˀ ad miniſterium dei. vt expellanˀ ab eo diabolice ptātes. et ſm̄ beatū Auguſtinū hec oīa fiunt ex iperio ſaluatoris qui dixit diſcipulis ſuis. Ite docete om̄es gentes baptizantes eas in nomine patris et filij et ſpirituſſancti.

¶ Item nota ſm̄ Albertū. ſicut ſunt ſeptē dona ſpūſſci. ſic etiā ſeptē ſūt dona ipius baptiſmi Primū eſt. ſalis collatio. vn̄ dɩ̄ venerabilis Beda. ſal bn̄dictū datˀ in os baptizandi. vt ꝑcipiat doctrinā vere fidei Scōm donū eſt. auriū ꝛ narium cum ſputo linitio qḋ fit exēplō xp̄i qui lutū cū ſputo faciens mutū et ſurdum ſanauit. Joan. ix. Et oculos ceci nati liniuit. Tertium donū eſt ſignatio pectoris cū oleo vt cuſtodiat cor ſuū inuictū Quartū donū eſt. ſignatio inter ſcapulas cū oleo per quā fortitudo ꝛ armatura ↄtra diabolū denotatur. Quintum donū. ipſa imerſio aq̄. Ubi nota ꝙ trina imerſio fit in fonte per qḋ deſignatˀ triduana ſepultura xp̄i q̄ tribus diebus et noctibus fuit in ſepulcro. Circa id additˀ vna cautela q̄ eſt talis. Nam ſi puer ſit ita debilis ꝙ nō poſſit ter imergi fonti tūc ſola terna aſpſio aque ſufficeret. Sextū donum eſt vnctio facta in vertice cum criſmate. Septimū donum eſt criſmatio facta in fronte quod ſignificat effectum ↄtemplationis diuine ꝛ ↄgnitionis eterne

¶ Item nota. ꝙ puer debet ſolū tres patrinos habere. hoc eſt in ſignū ſcē trinitatis. Uel iō. qꝛ oīe verū teſtimoniū ſtat in ore duoꝝ vel triū. Si aūt eſſent plures ꝓpter pauptatē parentū. vel ſi eſſet vnus tēpore neceſſitatis nō ipediret ſacramentum baptiſmi. ita ꝙ ex hoc ſacramētū baptiſmi non haberet effectū ¶ Item nota. duo ſunt que precedunt hɔ ſacramētum. ſ. exorziſmus ꝛ cathezíſmus. Cathezíſmus precedit non ad ei⁹ inſtructionem. ſed quo ad fidei ſuſceptionem, profeſſionem ꝛ ſponſionem quā facit puulus nō in ꝓpria pſona. ſ3 ꝑ vicariū. ſ. ꝑ patrinos. Exorziſmus etiā p̄cedit baptiſmū. i. adiuratio ↄtra malos ſpūs et ſuggeſtiones eorūdē vt depellatˀ ptās diaboli. ita ꝙ minuitur ne poſſit ſalutem in paruulis impedire. ſicut antea potuit ¶ Et de tali incidit tale dubium. Si

aliqs moreref post exorcismū ꝛ cathecismū et nō baptizaref. vtꝝ talis ſi ne baptiſmo aliquē haberet effectū ſaluādi. Et videf ꝙ nō. qꝛ baptiſmꝰ ē ianua ſancte matris eccleſie. et ſine baptiſmo nullꝰ liberaf a dānatōne. Rñr ad dubiū. ꝙ exorciſmꝰ ꝛ cathecismus nō pñt aliquē liberare a pena vt q̄dā doctores volūt. ſ3 q̄dā doctores dicūt ꝙ cathecismus aliq̄ mō ab ſoluit ip̄m hoīem a pena. Et ꝑ illo ſciendum ꝙ pena ē multiplex. Nā q̄dā ē pena dāni et ſenſus. ꝛ iſtā penā ſuſtinēt aīe in inferno exñtes. ꝛ dr̄ iō pena dāni. qꝛ carēt viſione dei. ſ3 dr̄ iō pena ſenſus. qꝛ patiunf in aīa ꝛ poſt diē iudicij tā in aīa q̄3 in corꝑe patienf. qꝛ tūc ibi erūt ſenſus. vt p3 de diuite epulone. Luc. xvi. dicēte. crucior in hac flāma. Aliq̄ ꝟo aīe nec hñt penā dāni nec ſenſus. vt fuerūt ſancti patres olim in limbo. Alia ē pena ſenſus et nō dāni. ꝛ talis pena ē aīaꝝ in purgatorio exñtiū q̄ l3 hñt penā ſenſus et patiunf in aīa. tñ nō hñt penā dāni. qꝛ ſperāt q̄tidie hr̄e viſionē dei. Quarte ꝟo hñt penā dāni et nō ſenſus. vt pueri q̄ moriunf ſine bap tiſmate. illi eīm penā dāni hñt. qꝛ carēt viſione ſancte trinitat3 et non hñt penā ſenſus. qꝛ nō patiunf in aīa. Et dicūt doctores ſacre ſcripture ꝙ gau diū eoꝝ vel delectatio ē maior q̄3 alicuiꝰ hoīs in hoc mūdo. q̄ſta p̄t haberi ex naturali reꝝ cognitōe. Tūc igif ad dubitatōem Rñr ꝙ ſi talis pu er nō fuerit baptizatꝰ tūc nō fruif diuina viſione. Et qñ tūc arguif. g̃ ca thecismus et exorciſmus nulliꝰ ſunt effectus. Rñr ꝙ alleuiant eis penā ſ3 tñ fruitōe diuine viſionis carēt. ¶ Ultimo nota. dubitaret q̄s. vtrum poſſit fieri dilatio poſt exorciſmū et cathecismū ad tres vel ad q̄ttuor an nos. Ibi rñdef ꝙ ſecuriꝰ et melius ē ꝙ ſtatim poſt exorciſmū baptizef ꝓpf tres cauſas. Prima ē. vt morbo ꝯueniēs remediū exhibeaf. qꝛ ſi dif ferret aliqs exhibitōem remedij. tūc qñq3 morbꝰ in puero fieret incurabil' vt videmus illō in exterioribꝰ qñ medela nimis tarda ē tūc morbꝰ fit in curabilis. vt g̃ morbo ſtatim ꝯueniens remediū preſtef tūc puer ſtatim d3 baptizari ne morbꝰ in puero fiat incurabil'. vñ apl's. oēs naſcimur filij ire Ephe. ij. Pro q̄ ſciēdū ꝙ duplex ē gñatio. q̄dā ē in vtero ꝛ ē illa qñ aīa infundif corpi. Alia ē gñatio ex vtero ꝛ ē qñ puer in natiuitate generaf. nō ſtatim qñ aīa infundif ipi corpi. tūc ibi ē morbꝰ. ꝛ g̃ qñ ex vtero gene raf tūc imediate morbꝰ d3 curari. ꝛ ꝑ ꝯñs d3 ſtatim baptizari. Scd̄a cā ē ne puer morte ꝑueniaf. qꝛ nec exorciſmꝰ nec cathecismꝰ curāt pueꝝ. ſ3 ſolū baptiſmꝰ. et ne fiat periculū tūc puer ſtatim ē baptizandꝰ. ¶ Ter cia cā ē. ne puer a diabolo opprimaf. qꝛ diabolus p̄t puerū opprimere añ baptiſmū ex ꝑmiſſione diuina. iō imediate puer eſt baptizandus poſt ex orciſmū et cathecismū ꝓpter tres cauſas dictas.

.i. q̄ inclinatꝰ ē ad mortē .i. ex vtero ſue matris
Mortis agens puer officium dum naſcitur ille
s^c hoīe illud ſacramētū .i. aliquā
A quocunq3 poteſt baptiſmum ſumere. nec quam
.i. in q̄cūq3 linea ꝯſanguinitat3
Perſonam reijcit. quocunq3 modo ſibi iunctam
s^c ꝛ h̄ ē veꝝ .i. baptizādi s^c a tali ꝑſona. ſ. illa. ego baptizo te in noīe ꝛc̄
Dummodo mergendi ſeruetur debita forma

s. talis infans .i. decedit .i. oleo ſcificato
Si tunc non moritur criſmetur criſmate ſacro
.i. nõ ẽ necce .i. ad hũc puer̃ .i. vocare s. i. teſtimoniũ
Non opus eſt aliquos hunc accerſire patrinos

¶ Hic mgr̃ remouet dubiũ ꝛ ẽ illud. ſi aliqs puer eẽt natus ꝛ ad morte inclinatꝰ quõ hmõi puer eẽt baptizãdꝰ. Ad hͦ dubiũ rñdet lr̃a ſic. qñcũqꝫ puer ẽ agens officiũ mortꝭ .i. qñcũqꝫ puer ẽ iclinatꝰ ad morte in pñcipio ſue natiuitatꝭ tũc ille puer dꝫ baptizari a qcũqꝫ ſiue a muliere ſiue a viro et nõ debẽt ſpernere pſonas qcũqꝫ mõ tales pſone ſint ſibi iũcte Et ille baptizans dꝫ obſeruare debitã formã q̃ ẽ talis. ego baptiſo te in noĩe patris et filij ꝛ ſpũs ſci. Et ſi ille puer nõ moriť tũc poſtmodũ dꝫ criſmari ſacro criſmate. i. oleo ſcificato. Et in tali caſu nõ ẽ neccãriũ patrinos vocare ad baptiſmũ nec dꝫ cathezizari. ☞ Circa lrãm. Primo ẽ ſciendũ ꝙ ſi mulier in tali necitate baptizaret puer̃ ſuũ nõ eẽt iõ a viro ſuo ſepanda. et ſic ꝯſimilr̃ intelligendũ ẽ de viro ꝛ de patre ꝛ de alijs ꝯſanguineis. ¶ Scdo nota. ꝙ circa ſacramẽtũ baptiſmi tria ꝯcurrũt. ſicut circa alia ſacramẽta. ſ. ſacramẽtũ tm̃. res ſacramẽti. ꝛ ſacramẽtũ ꝛ res ſacramẽti ſil. nã ſacramẽtũ baptiſmi ẽ fons ꝛ aq̃ bñdicta illiꝰ fontꝭ. ſꝫ res ſacramẽti ẽ gr̃a ſpũaliter data ꝛ ſpẽaliter p quã hõ in fide ꝯfirmať. ꝛ g̃. ꝓ tãto aliqs baptizať vt ſibi gr̃a augmẽteť ꝛ vt in fide ꝯfirmeť. ſꝫ res ſacramẽti ꝛ ſacramẽtũ ſilr̃ ẽ caracter idelibilis aĩe ipreſſus. ☞ Tercio notandũ. ꝙ ſacramentũ baptiſmatꝭ adhuc alr̃ notificať. ꝛ hͦ ſic ſacramẽtũ baptiſmatꝭ ẽ pñcipiũ vite ſpũalis p qͦ fit ſigillũ ꝛ cuſtodia mẽtiſqꝫ illuminatio. Nã pmo dr̃ (ẽ pñcipiũ vite ſpũalis) nã ipe baptiſmus ẽ ianua regni celeſtꝭ p quã opꝫ vnũquẽqꝫ fidelẽ intrare ad eternã vitã ꝑcipiendã et ſic merito baptiſmꝰ dr̃ pñcipiũ vite ſpũalis. qꝛ diſponit nos ad vitã eternã Joãnis. ij. niſi qs renatꝰ fuerit ex aq̃ ꝛ ſpũ ſcõ nõ intrabit in regnũ celor̃. Secũdo dr̃ (p qͦ fit ſigillũ) ꝛ hͦ ſilitudinarie. qꝛ ſicut p ſigillũ vna lr̃a diſcerniť ab alia ſiue cognoſciť. ſicut lr̃a epĩvl ꝯſulũ p ſigillũ ipreſſum cognoſciť differre a lr̃a militꝭ vel comitꝭ vel baronis. ſic nos chriſtiani p hͦ ſacramẽtũ baptiſmi et ſigilli diſtinguimur ab alijs hoĩbꝰ. ſ. a gẽtilibꝰ ꝛ a iudeis ꝛ ſic de alijs. Tercio dr̃ (ꝛ cuſtodia) qꝛ ibi ẽ caracter indelibilr̃ ipreſſus aĩe eternalr̃. vñ caracter ſic definiť Eſt q̃litas aĩe diſponẽs potẽtias eiꝰ ad ꝯſequendũ maiorẽ grãm. Quarto dr̃ (ꝛ mẽtis illuminatio) qꝛ p baptiſmũ fides ĩtroduciť ꝛ mens. i. aĩa illumiať. ☞ Itẽ nota ꝙ cã efficiẽs huius ſacramẽti ẽ duplex. ſ. pñcipalr̃ ꝛ inſtrumẽtalis. Cauſa efficiẽs pñcipalis huiꝰ ſacramẽti ẽ ipe xp̃s. ſꝫ cã efficiens inſtrumẽtalis huiꝰ ſacramẽti ẽ ſacerdos vel miniſter. Itẽ cã finalis pñcipalr̃ loquẽdo huiꝰ ſacramenti ẽ deletio oĩm pctõr̃ et oĩm penar̃. Et g̃ ipe baptiſmus eſt dignior oĩbꝰ ſacramẽtis in efficacia. Vñ ſciendũ ꝙ pena ẽ duplex q̃ ad pñs. ſ. eternalr̃ et temporalis. Nã pena tpalis eſt q̃ nobis hic infligiť. ſicut eſt ſitis ꝛ fames et illã penã nõ delet baptiſmꝰ. Sꝫ pena eternalis ẽ q̃ aſſumpta eſt a pmo hoĩe ex peccato ꝛ iſtã delet baptiſmꝰ. ¶ Et ex hoc dicto ſolniť vna dubitatio q̃ talis eſt. vtr̃ baptiſmus delere pt peccata in adulto. ꝛ dr̃ ꝙ ſic. qꝛ baptiſmus ẽ talis efficacie ꝙ delet oĩa peccata actuale ꝛ originale

Iſto ſic ſtante. Ponatur caſus poſſibilis. ſi eet aliqs iudeus et ferret ſentē tiā iuſtā corā iudice in aliquē hoiem malū. Ex hoc tūc erit irregularis et in hoc nō peccat. mō ſi tunc talis baptizaretur. tunc qritur vtrū ibi irregulari- tas diſpenſetur. Ad hoc rñr ſm aliquos q nō. qr baptiſmus delet peccata ſed iſtud nō eſt peccatū. igitur etc. Sed alij dicūt q etiā baptiſmus auferret irregularitatē et arguūt ſic. ſi aufert maius etiā aufert minus. ſed maius ē pec catū q̄ irregularitas. qm̄ ppter peccatū aliqs dānatur nō aūt ppter irregu- laritatē. ¶ Itē ſciendū q puer tali mō baptizatus vt docet lra. obſerua ta debita forma verbor. vt pdictū eſt. debet poſtea in eccleſia criſmari vt dt mgr in lra. et rō huius ē. qr alias nō eet pfecte baptizatus. qr nō haberet dona q cferuntur in baptiſmo de qbus pus dictū ē. Itē debita forma vt ſup patuit. eſt ego baptizo te in noie patris et filij et ſpūs ſancti. Et licet illd p nomē (ego) determinate intelligitur in illo verbo pme pſone. ſ. baptizo tn̄ reqritur vtiqz q expreſſe ponatur. Itē illa verba iā plata debēt eē oīno ſilia in ſcatōe teutonico et in eodē ordine. qr alias laicus nō poſſet baptiſare qd eſt ptra intentōem lre. ¶ Itē ſciendū. talia verba debēt pferri ſine aliq̄ rum alior verbor interpoſitōe. qr ſi caderet trabs vel aliqd aliud eueni ret ex improuiſo et terreret baptiſantē. et ſi tunc diceret preſbyter ſic bap- tiſans. ego baptiſo te. aliqd eſt ibi. in noie patris et filij et ſpūs ſancti. talis puer nō eēt baptizatus. qr illa verba (aliqd eſt ibi) nō ſunt de forma vbo rum baptiſmi. ¶ Itē. ſi laicus nō intelligens latinū diceret hec vba. ego baptiſo te in noie patris et filij et ſpūs ſancti q ſunt verba baptiſmi et non ſciret qd p iſta vba notaret ipe nō pt p ea baptizari. cū ad baptizantē re- qritur intentio baptizandi. et cū hoc reqritur q intelligat qd verba cer- nentia formā baptiſmi ſcant ſiue repſentant. ¶ Itē ſciendū Si in caſu neceſſitatis puer ad fontē teneretur cū debita forma verbor talis eēt bap tizatus. et ex illo pz q in caſu neceſſitatis ſola aſpſio aque ſufficit ad bap tiſmū. Itē magiſter dt q in caſu neceſſitatis nulla pſona abijcitur de baptiſ mo. Diceret ḡ qs. vtr iudeus q nō eſt baptizatus vel paganus vel ſar- racenus poſſet aliquē baptizare. Rñr q ſic dūmō haberet intentōem bap tizandi. et ſciret debitā formā verbor. illud videtur patere ex hoc. qr bea- tus ioannes chriſtū in iordane baptizauit et tn̄ ipemet nō fuit baptizatus Et ex illo manifeſte patz vlterius. q nullus debet ſeipm baptizare. et hu ius exemplū eſt. qr chriſtus a ioanne baptiſta voluit baptizari niſi aliqs ſpēaliter p bonā intentōem baptizaretur de quo infra dicetur ibi. iudeus cur- rens ptritus etc. ¶ Notandū lra dt. quilibet hō pt baptizare circa hoc dubitatur. vtr hoc ſit ver. et arguitur q nō. qr hoc eſt ſolū cōmiſſum ſucceſſo ribus aplor. id eſt ipis ſacerdotibus. igitur nō ois hō pt baptizare. pña tenet. ſed ans pbatur p dictum marci. xvi. vbi chriſtus dixit ſuis diſcipulis et eor ſucceſſoribus ſacerdotibus eūtes docete oēs gētes baptizātes eas ī no mine patris etc. Sed in oppoſitum eſt lra pūs. q a quocunqz puer pt baptizari. igitur etc. Ibi rūdetur q aliquē baptizari intelligitur dupli̇r. vno mō ex officio. ſic ſolū ſacerdos baptizat. alio mō ex articulo neceſſitatis et ſic qlibet pſona pt baptizare. et ſic intelligitur lra. ſed de illo pmo dicto intelli- gitur dictum marci et nō pſens lra. ¶ Tunc ad rōnem qn̄ dr. tamen hoc ſolum eſt cōmiſſum ſucceſſoribus apoſtolor. id eſt ipis ſacerdotibus. ibi

Rñr ꝙ h̄ ē intelligendū de officio ſic ꝙ ſolū ſucceſſoꝛibꝫ apl'oꝝ ē ꝯceſſum ex officio baptizari nō autē ex articulo neceſſitatꝭ. ¶ Itē nota dubitaret q̄s vtꝝ puulus p̄t baptizari. Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ vt habet̄ p beatū marcū loco allegato. tūc talis q̇ crediderit et q̇ baptizatꝰ fuerit ſaluꝰ erit. mō puulꝰ adhuc nō credit. iō nō p̄t baptizari. Maioꝛ pꝫ. qꝛ q̇ nō habuerit fidem nec crediderit nō p̄t baptizari. ſꝫ ille puulꝰ nō hꝫ fidē. igit̄ nō p̄t baptizari. Ad h̄ rñr ꝙ fides ꝓut hic ſufficit ē duplex. nā q̄dā ē fides ꝓpꝛia. q̄dā ē fides aliena. mō q̄uis puer nō hꝫ fidē ꝓpꝛiā. hꝫ tñ fidē alienā ¶ Sꝫ diceret q̄s. ſub q̄ ḡ fide baptizat̄ puer cū fidē ꝓpꝛiā adhuc nō hꝫ Ad illō ē dōm ꝙ puer baptizat̄ in fide patrinoꝝ. ¶ Sꝫ ꝯ h̄ arguit̄ ſic. ſtat q̄nqꝫ ꝙ patrini ſunt male fidei. videlicꝫ ꝙ foꝛte ſunt heretici ⁊ ſic de alijs. ⁊ ſic tūc ſtaret ꝙ puer baptizat̄ in mala fide. Ad illō rñr ſm̄ beatū auguſtinū ꝙ triplex ē fides. ſ. ſeminata. germinās. et matura. Fides ſeminata ē q̄n puer ē baptizatꝰ. qꝛ tūc ſtatim in eo fides chꝛiſtiana ſeminata ē a ſpū ſcō. et iō tūc in fide eccleſie baptizat̄. ⁊ ſic tūc nō obſtat ꝙ q̄nqꝫ patrini ſītꝭ male fidei vel etiā ip̄e ſacerdos baptizans. qꝛ ꝓpterea puer nihilominꝰ baptizat̄. qꝛ ei īmp̄mit̄ ſacramētū baptiſmi in fide eccl'ie. Sꝫ fides germinās ē q̄n talis puer creſcit ī adoleſcētia. ⁊ ſi tūc puer floꝛet in ꝟtutibꝫ chꝛiſtianis. tūc hꝫ fidē germinātē. Sed fides matura. q̄n puer ꝑuenit ad annos diſcretōis ſciens diſcernere bonū a malo. ⁊ ecōuerſo. tūc hꝫ fidē maturā. et p h̄ tūc dꝛ ꝙ vbi patrini erāt heretici vł' male fidei. tūc ille puer nō baptizat̄ in fide mala. qꝛ baptizat̄ in fide apl'oꝝ ⁊ in fide ſacramēti. ⁊ ſic fides mala ip̄oꝝ patrinoꝝ nō ſuccedit in paruulū ex eo ꝙ ibi acq̇rit rē ſacramēti. ¶ Ultimo nota. qꝛ dubitaret q̄s. vtꝝ puero gr̄a ꝯfert̄ ī baptiſmo Et videt̄ ꝙ ſic. nā illi ꝯfert̄ gr̄a q̇ dignꝰ ē vita eterna. ſꝫ ip̄e puer baptizatus dignꝰ ē vita eterna. igit̄ ei ꝯfert̄ gr̄a Maioꝛ ē nota. minoꝛ pꝫ de ſe. Sꝫ in oppoſitū arguit̄ ſic. ad oēm grām ſeq̄t̄ iuſtificaᵒ. ſꝫ ī puero nō ē iuſtificatio igit̄ ⁊c. ꝯña ꝓbat̄ p dictū btī auguſtini q̇ dꝛ. q̇ creauit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te. ſꝫ puer nō hꝫ ꝯſenſum q̇ req̇rit̄ in iuſtificatōe. Ad illō rñr ꝙ gr̄a ꝯfert̄ tripl'r. pᵒ ex merito paſſionis xp̄i. qꝛ hō exn̄s in valle miſerie pn̄tꝭ vite nō potuit liberari p hoiem nec āgelū. ſꝫ ſolū deꝰ ⁊ hō ip̄m liberauit ſua amara paſſione q̄ paſſiōe ſumꝰ redēpti oēs. Scdō. gr̄a ꝯfert̄ ꝟtute aliene fidei. qꝛ ſicut nos ſumꝰ baptizati ab alienis. ſic nos ſubleuemur ab alienis. ſꝫ ꝟtute aliena ſumꝰ lapſi. qꝛ ex ꝟtute ꝓthoplaſti. i. p̄mi hoīs ſic etiā ip̄e hō ex ꝟtute aliena ſubleuat̄. ſ. ex ꝟtute dei. Tercio. gr̄a ꝯfert̄ alicui rōe ſacramēti. qꝛ h̄ ſacramētū ē deletō oīꝫ pctōꝝ ⁊ culpaꝝ. qꝛ culpa et gr̄a nolūt ſe cōpati. ḡ cū gr̄a īducit̄. culpa remittit̄ Tūc ad rōem dꝛ. licꝫ ip̄e puer nō hꝫ iuſtificatōem ꝓpꝛiā. hꝫ tñ iuſtificatōeꝫ alienā q̄ ſufficit ſibi.

## De ſacra ꝯfirmatōne

.i. in ſuſceptōe ſacre ꝯfirmatōis .i. neccāriū
In ꝯfirmando nō eſt opus eſſe patrinos
sᶜ patrinꝰ .i. req̇rit .i. ſolꝰ patrinꝰ sᶜ epō. sᶜ ꝯfirmādū
Unus erit tantum qui preſentabit eundem
sᶜ ꝯfirmādꝰ .i. bn̄dictōem
Iſte cathezismum nō ſuſcipiat prohibemus

¶ In iſta pte autor defīniat de ſacra ꝯfirmatōe ꝛ dt ſic. qñ aliq̄s dꝫ ꝯfirmari tūc nō eſt opꝰ ibi eē tres pſonas vel patrinos. ſꝫ ſufficit vna pſona vel vnꝰ patrinꝰ q̄ eū pn̄tat epō Et ille q̄ dꝫ ꝯfirmari nō dꝫ cathezizari. ſꝫ extra lrām ille q̄ eſt patrinꝰ in ꝯfirmatōe cū illo (cuiꝰ eſt patrinꝰ) non dꝫ cōicare nec pticipare in affinitate. qꝛ i ꝯfirmatōe ꝯhiꝰ cognatio ſpūalis q̄ īpedit matrimoniū. qꝛ aliqualr̄ cognatio dꝛ Et iō ſi aliq̄s ducit puellā an̄ eū ad hoc vt ſuſcipiat ꝯfirmatōem. matrimoniū cū ipſa ꝯhere nō pt. qꝛ ē filia ſpūalꝰ.
¶ Circa lrām ē notādū q̄ ad ipām ꝯfirmatōem q̄nqꝫ req̄rūtur. Primo requirit̄ materia. vñ materia ꝯfirmatōis ē criſma q̄d ꝯficit ex duobꝫ. ſ. ex oleo ꝛ balſamo. et p oleū deſignat̄ noua grā q̄ in ꝯfirmatōe ꝯfert̄. nō grā q̄ dat̄ in baptiſmo. qꝛ grā baptiſmi dat̄ in remiſſionē peccatoꝝ Sꝫ grā ꝯfirmatōis dat̄ in ꝯfirmatōe vt hō ſit firmus. et fortis ad reſiſtendū diabolice pugne Sꝫ p balſamū deſignat̄ odoꝛ bone fame ꝛ bone opatōis. Scdo in hoc ſacramēto ē foꝛma. et ē talꝰ. Signo te ſigno ſancte crucis et inungo te criſmate ſalutis in noīe patris ꝛ filij ꝛ ſpūſcī. Et illa foꝛma a q̄libet epō eſt ſeruāda. Tercio req̄rit̄ locꝰ. ſ. frons. qꝛ hec eſt vna ps magis apparēs et manifeſta. et p h̄ deſignat̄ q̄ illud ſacramētum dat̄ ꝯt̄ pugnā vicꝫ vt publice velit noīꝰ xpī ꝯfiteri corā oībꝫ hoībꝫ Quarto req̄rit̄ pſona ꝯfirmās. vt ē epꝰs. Vñ eſt ſciendū. q̄ duo ſacramēta a ſolo epō ꝯferunt̄. ſ. ſacramētū oꝛdinis et ſacramētū ꝯfirmatōis Rōem illiꝰ dt Magiſter q̄rto ſniaꝝ. qꝛ per iſta duo ſacramēta ꝯfert̄ plenitudo grē. Et iō ꝯferuntur a pſona q̄ hꝫ plenitudinē ptātis. ſ. ab epō Quinto req̄ritur intētio. ꝛ hec exprimit̄ p v̄ba qñ dt epꝰs. ſigno te ꝛc̄. Vñ ad illa q̄nqꝫ adhuc duo ꝯcurrūt. ſ. pugna et noua grā Pugna iō q̄ debemꝰ publice nomē xpī ꝯfiteri Sꝫ noua grā vt nō efficiamur tā ꝓmpti ad peccandū. vñꝰ Frons ꝯfirmatur p̄ſul intentio verba Grā donat̄ ꝯſtans ad bella paratur ¶ Sed diceres. q̄ eſt rō oꝛdinis q̄re poſt baptiſmū h̄ defīniat de cōfirmatōe Rñdet̄ q̄ iō facit. pꝛimo. qꝛ in ꝯfirmatōe dat̄ grā ad roboꝛandū baptiſmū. ſ. q̄ hō audacter et ſine timoꝛe ꝯfiteatur nomē xpī corā infidelibꝫ. Scdo iō facit. qꝛ iſta duo ſacramēta. ſ. baptiſmus ꝛ ꝯfirmatio immediate ſequūtur. qꝛ nullus pt ꝓcedere ad ſacros oꝛdines niſi ꝯfirmatꝰ ſit et baptizatus Sed qñ q̄ritur. q̄re nō fecit ſpēalē tractatū de ꝯfirmatōne ſicut de baptiſmo. Rñdetur q̄ iō. qꝛ circa ꝯfirmatōem nō habent̄ aliq̄ caſus difficiles ſicut circa baptiſmū et alia ſacramēta. iō per modū doctrine et notabilis in caplo de baptiſmo defīniat de ꝯfirmatione

¶ Scdo notandū. in ꝯfirmatōe tria ſunt notanda. pmo q̄re q̄s iungat̄ ſcdo q̄re i ſignū ſcē crucis iungat̄. tcio q̄re in facie pcutit̄. De pmo ē ſciendū. q̄ q̄tuoꝛ vicibꝫ iungit̄ vicꝫ ter in baptiſmo et ſemel in ꝯfirmatōe. pꝛimo vngit̄ i pectoꝛe. et p h̄ deſignat̄ q̄ dꝫ ſuſcipe ſciam ꝛ ſcītatē et reijcere oē malū Scdo vngit̄ int̄ ſcapulas ad deſignandū q̄ oēm pigriciā reijciat et ſuſcipiat opatōem bonā Et his duobꝫ modis vngitur oleo ꝯſecrato. Silr̄ et tercio vngitur in vertice cū criſmate. et per h̄ deſignatur q̄ ſp dꝫ eē patꝰ reddere rōem de fide Quarto in ꝯfirmatōe vngit̄ directe in frōte p h̄ deſignat̄ augmētū grē et actꝰ ſtrēnui exercēdi in fine. vt ſi aliq̄s vellet ꝯtradicere fidei tūc dꝫ ſtrēnue ꝛ publice ꝯfiteri nomē chꝛiſti. ¶ Scdo q̄ritur h̄ vicꝫ q̄re in ſignū crucis ꝯfirmat̄. Rō eſt. qꝛ oīa ſacramēta vidē

tur ſumere efficaciā a paſſione xp̄i quā ꝓ redēptōne hūani generis in ara
crucis ſuſtinuit. qꜭ aduerſa ptās ſupat̄ ꝑ crucē. g̅ in ſigno crucis q̄libet cō
firmat̄ ¶ Tercio q̄rit̄. q̄re q̄s in faciē ꝑcutit̄ Rn̄det̄ ꝙ h̄ eſt q̄druplici rō
ne. p̄ma eſt. vt illud meliꝰ memorie iprimat̄. g̅ d̄t ep̄s recordare Alt rō ē
qꜭ ɔfirmatio ē ſacramentū irreiterabile. ꝛ g̅ nccē eſt vt memorie imp̄ma
tur ne iteretur Scd̄a rō ē. vt diabolica ptās expellat̄ Eſt ei ſignū patien
tie ꝛ hūilitatis ꝑ q̄d diabolꝰ expellitur. ſicut legitur de q̄dā obſeſſo q̄ de/
dit alapā cuidā monacho quā monachus patiēter ſuſtulit p̄bēs ei aliam
maxillā iuxta ɔſiliū ſaluatorꝫ diabolꝰ āt patiētiā illiꝰ monachi nō potuit
tolerare. iō illū obſeſſuꝫ reliq̄t et euaſit. et ſic iſte liberatus erat Tercia rō
eſt. vt hō ɔfirmatus ſit fortis in fide. vbiqꜭ nomē xp̄i ɔfitēdo. qꜭ ɔfirma
tio datur baptizato ꝓpter cōſtantiā fidei. ſic ꝙ hō fiat ita fortis in fide ꝙ
nunqꜭ erubeſcat nomē dei cōfiteri Quarta rō eſt iſta ad rep̄ńtatōem cō
firmatōis aploꝝ. qꜭ apl̄i confirmauerunt ꝑ impōnem manus et iſtā ɔfir
matōem ꝑcat ꝑcuſſio ep̄i in faciem hoīs ɔfirmati.

☞ Tercio notādū ꝑ modū dubitatōis. vtrꝝ nō ɔfirmatus poſſꝫ ɔfirma
re. Et videt̄ ꝙ nō ɔfirmatus poſſet ɔfirmare aliū Qd̄ ꝓbat̄. qꜭ nō bap
tizatus pōt baptizare. g̅ nō ɔfirmatus pōt ɔfirmare. ɔn̄a tꝫ ex ſilitudine
Sꝫ an̄s ꝓbat̄ ex ſn̄ia p̄cedēti vbi dicebatur ꝙ a q̄cūqꜭ baptiſmꝰ pt ſumi.
Et ꝓbatur rōne tali. puta ꝙ nō baptiſatus pōt baptiſare. qꜭ iudeus pt
baptiſare ſi hꝫ intētōem bonā. ꝛ ꝑ ɔn̄s videtur ꝙ nō ɔfirmatus hꝫ cōfir
mare. Ad hoc rn̄det̄ ꝙ nō ɔfirmatus nō pōt cōfirmare ꝛ ꝙ plus eſt. ille
(qui dꝫ eē patrinus alicuius ɔfirmati) dꝫ eē ɔfirmatus. Sꝫ ad rōem d̄r
qn̄ arguit̄ nō baptiſatus pōt baptiſare. g̅ nō cōfirmatus pōt cōfirmare.
neganda eſt ɔn̄a. Et qn̄ ꝓbatur ex ſilitudine dicit̄ ꝙ illa ſilitudo nō vꝫ.
qꜭ aliter eſt de ſacramēto baptiſmi q̄ꝫ de ſacramēto ɔfirmatōis. qd̄ ſic pꝫ
qꜭ ſacramētū baptiſmi eſt ſacramētū nccītatis. qꜭ ſine eo nullus pōt ſalua
ri. ſed ſic nō eſt de ſacramēto cōfirmatōis. qꜭ ſine ɔfirmatōe hō ſaluari pt

☞ Quarto notādū. vtrꝝ ſimplex ſacerdos poſſꝫ ɔfirmare vl̄ an ſimpl̄r
ſacerdos poſſet porrigere ɔfirmatōem Et videt̄ ꝙ ſic. nā ſi ſimplex ſacer
dos hꝫ porrigere maius ſacramētū etiā pt porrigere minꝰ. ſꝫ ſimplex ſa/
cerdos hꝫ porrigere corpꝰ xp̄i qd̄ ē ſacramētū maiꝰ g̅ ꝛc. Sꝫ in oppoſitū
ē illd̄ qd̄ dc̄m̄ ē ſup̄. ſ. ꝙ ep̄s tm̄ hꝫ ɔferre ɔfirmatōem Ibi rn̄r ꝙ nullꝰ
hꝫ ɔferre ɔfirmatōem niſi ſolus ep̄s Sꝫ tūc ad rōem d̄r ꝙ vnū ſacr̄m eē
digniꝰ alio itelligit̄ q̄drupl̄r q̄ꝫ tū ad ꝓpoſitū ſufficit. p̄mo rōe efficacie. ꝛ ſic
baptiſmꝰ ē digniꝰ ſacr̄m Scd̄o rōe dignitatꝫ ꝛ excellētie. ꝛ ſic eucharíſtia
ē dignius ſacr̄m. Tercio rōe ꝑcatōis. ꝛ ſic matrimoniū ē dignius ſacr̄m.
Quarto rōe ɔferētꝫ. et ſic ſacr̄m ɔfirmatōis ē nobilius. qꜭ a nobiliori cō
fert̄. vicꝫ ab ep̄o Per h̄ d̄r ad rōeꝫ. lꝫ eucharíſtia ē digniꝰ ſacr̄m ſm̄ excel

☞ Quito notādū ꝑ modū dubij. vtrꝝ no (lētiā. nō tn̄ rōne ɔferentis
ua grā ɔferatur i ɔfirmatiōe. Et rn̄r ꝙ ſic. ꝓ q̄ nota. ꝙ grā ē duplex. q̄dā
eſt grā gratis data. et iſta dat̄ pctōribꜭ de q̄ nihil ad ꝓpoſitū Alia ē grā gra
tuꝫ faciēs. et ē illa ꝑ quā hō deo recōciliat̄. Et talis ē duplex. q̄dā ē de nō
grato gratū faciens. Alia ṽo eſt de magis grato magꝫ gratū faciēs. p̄ria
dat̄ ꝛ ɔfirmat̄ in baptiſmo. ſed grā de magꝫ g̅to magꝫ gratū faciēs dat̄
in confirmatōe. et ſic patet ꝙ maior datur in cōfirmatōne q̄ꝫ in baptiſmo

☞ Ultimo notādū. dubitaȓ vtꝝ ꝯfirmatio ſit ſacr̄m nec̄cariū Ibi rn̄r ꝑ diſtinctōem. nā aliq̄d eē nec̄cariū itelligiȓ du². vno° ſimplr̄. et illo° ꝯfirma° nō eſt nec̄cariū ſacr̄m. q2 ſine ꝯfirmatōe hō ſaluari pt Alio° ł necariū pt ca pi p vtili. et ſic ꝯfirmatio ē nec̄caria. i. vtił. q2 ſi hō debet reſiſtere pugne dia bolice ſeu reſiſtere malis ſiue infidelib9 nec̄cariū eſt ſibi vt habeat ſacramē (tum ꝯfirmatōnis.

.i. diſcrete .i. femie ſpᵉ aliquos

**Sint p̄munite mulieres dum pueros ſic**

.i. retineant ſpᵉ baptiſandi

**Baptizant. ꝙ conſeruent formam memoratam**

ſpᵉ formā .i. interdū .i. ſtupefacte

**Hanc preteremittunt quandoqȝ minis pauefacte**

ſpᵉ pueri mulieres

**Hi baptizantur rurſum. ſi confiteantur**

.ſ. q̄ eſt talis. ego baptiſo te in noīe pa. et. fi. et. ſſ.

**Baptiſmi formam predictam non tenuiſſe**

.i. emēdari debet ſpᵉ q2 eſt ſacramētū irreiterabile

**Corrigitur ſic baptiſmus ſed non iteratur**

¶ Hic mgr̄ reuertēdo ſe ſup baptiſmū cū p̄us aliq̄d dixit de ꝯfirmatōne ponit q̄dā notabilia. ſeu q̄ſdā pſuaſiones vtiles circa baptiſmū Et diui diȓ in q̄tuor ptes ſm ꝙ h̄ ponit q̄tuor pſuaſiones. ſcd̄a ps ibi. Null9 ab ortiuus. tercia ibi. Uxor abortiuū. q̄rta ibi. Si puerū mergis Prima ps adhuc diuidiȓ i duas ptes In p̄ma ponit p̄mā pſuaſiōez. ſcd̄a docet recu pare q̄ſdā negligētiā factā circa baptiſmū. ſcd̄a ps ibi. Hāc p̄termittunt Et vult ꝑ ꝟtute lr̄āli tm̄ Si mulier aliq̄ parit pueꝝ debilē qui ē inclina tus ad mortē et iā in agone mortis poſit9 tūc mulieres pn̄t illū puerum baptizare. Sed tn̄ ipſe dn̄t eē p̄munite. i. fortes diſcrete et ſane mētis. ita ꝙ obſeruēt rectā formā predictā ipſi9 baptiſmi. Tūc ibi (Hāc p̄termit tunt) Magiſter ſubdit dicēs q̄uo recupari debeat neglgentia fcā circa baptiſmū et vult tm̄ ſi q̄nqȝ ꝯtingit ꝙ mulieres ſint nimis ſtupefacte. i. pterrite ſeu pauefacte ita ꝙ ꝓpter timorē formā baptiſandi infringūt. Et ſi ſic tūc talis mulier debet ꝯfiteri ſe debitā formā baptiſandi circa puerū nō tenuiſſe. ita ꝙ tał forma eſt ꝯfracta tūc talis baptiſmus factus in pue ro debet corrigi et debet reiterari. ita ꝙ tał puer debet deferri ad ecc̄iam ⁊ cathezīſari ⁊ i fontē ſacrū mergi ſm modū ꝯſuetū ⁊ debet criſmari ⁊ vngi ☞ Circa lr̄ām p̄mo ē notādū. ex lr̄ā habeȓ ꝙ baptiſm9 dȝ corrigi et nō iterari Pro q̊ ſciēdū ꝙ ſacr̄a ſtꝫ duplicia. nā q̄dā ſtꝫ reiterabilia. ⁊ q̄dā ir reiterabilia Et an̄q̄ȝ determiaȓ de iſtis ꝯplete rememorādū eſt p̄us dic tuȝ. vicȝ ꝙ oē ſacr̄m hȝ ſe ſicut medicina Et ipſa medicina debet p̄cedere morbos. vn̄ ſeptē ſtꝫ ſacr̄a ꝓpȓ ſeptuplicē leſionē pcti. vn̄ leſio pcti ē dupl̄x nā q̄dā ē leſio pene et q̄dā culpe. Leſio culpe ē triplex. q2 aut eſt leſio pcti originał. aut eſt leſio pcti mortalis aut ē leſio pcti venialis Et ꝯ hāc tri plicē leſionē daȓ triplex ſacramētū. nā ꝯ morbū pueri pcti origioał' anȓ ba ptiſm9. q2 baptiſm9 eſt ꝓpȓ deletōem pcti originał. Cōtra ſcd̄m morbū pcti mortalis daȓ penitentia et cōfeſſio que delent oīe peccatū mortale.

Sʒ ꝯtra terciū morbū pcti venial' datur vnctio extrema q̄ delet oīa pctā venialia. ſʒ leſio ſiue pctm̄ pene eſt q̄druplex. vel talis fit ex ignorātia vl' ex malicia vel ex ꝯcupiſcētia vel ex ꝓnitate ad peccādū Et ꝯtra hūc q̄dru plicē morbū dat' q̄druplex ſacramētū Nā ꝯtra pmū morbū ignorātie da tur ſacramētū ordinis. q2 i ordine dat' grā ꝛ ꝯfirmatio illuīatōis ꝛ diſcre tōis. q2 ordinat' dʒ hr̄e grām et ſciām diſcernēdi inter bonū ꝛ malū ſic q̄ bonū doceat opari et exequi et malū doceat ſpnere. Cōtra ſcḋm morbū malicie dat' ſcā eucharistia. q2 ſacramētū eucharistie ē origo oīs dignitatis et bonitatis Cōtra terciū morbū ꝯcupiſcentie datur matrimoniū vt p h̄ ſacramētū remoueatur iordinata ꝯcupiſcētia Sʒ ꝯ morbū ꝓnitatis ad peccādū datur ſacra ꝯfirmatio. vt ipi ꝯfirmati nō ſint ita ꝓni ad peccan dum. vt pus. q2 in tali ſacramēto datur grā ꝯfirmatōis ad bonū. et cū h̄ ibi datur retardatio ad malū Tūc ad ꝓpoſitū eſt ſdm̄. q̄ ſacramēta ſtꝫ duplicia. ſ. reiterabilia ꝛ irreiterabilia Vñ tria ſunt ſacramēta irreiterabilia . ſ. baptiſmus ꝯfirmatio et ordo. q2 in talib' ſacramētis impmit' caracter indelebil' Sed ſacramēta reiterabilia ſtꝫ q̄tuor. vt ꝯfeſſio eucharistia ma trimoniū et extrema vnctio. q2 in eis nō impmitur caracter indelebilis

